Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

Aristophanis comici clarissimi Graeci Ranae

https://hdl.handle.net/1874/273590

ARISTO-PHANIS COMI-CI CLARISSIMI GRAE-CI, RANAE. LAMBERTO HORTENSIO MONTFOR-tio interprete.

*

¶ VLTRAIECTI.
Harmannus Borculous excudebat,
Anno, 1 5 6 1.
¶ Cum Gratia & Priuilegio.

ORNATISSIMO, ATQVE ERVDITO VIRO D. HENRICO RVZAEO, ORDINIS MIlitiæ Hieroſolimitanæ, & Mandatori in Ingen.

Lambertus Hortenſius Monfortius S. D. P.

OMnium rerum eſt ſatietas, inquit Comicorum facetiſsimus apud Græcos, vir doctiſsime, ſomni, vigiliarum, tragematum, honorum, placẽtularum, at pecuniæ ſatur nemo vnquã fuit. Belle ille quidem, & verè, quãuis in argumento Comico: nam vbi nulla varietas pręſentem ſatietatẽ leuat, oboritur faſtidium, & contemptus. Natura ita enim comparatum eſt, vt quicquid in rebus humanis geritur, id viciſsitudine quadam grata, veluti æſtuario fluxu, ac refluxu, modò accedat, modò decedat. Diem perpetua quodãmodo reciprocatione ſuſcipit nox, quies diurnis laboribus ſuccedit, laſsitudo reficitur quiete, fames cibo, ſitis potu reſtinguitur. Vbi loci huius ceperit te ſatietas, aut tædium, quæritur vmbra: ſimulatq́; ſeſſum fuerit ſatis, iuuat prodeambulare. Percurre omnes vitæ humanæ actus, peracto vno, libet in ſequentem tranſire, donec ad cataſtrophen, & inde, ad plaudite, erit peruentum. Quemadmodum in menſis miſsuũ diuerſitate cœnæ condiuntur, vt è medio auferatur nauſea, ita quantum naturalium & ciuilium rerum eſt, nihil vnquam in vna ſtabili ſede hæret perpetuò, & immobile, ceu terminus lapis, ſedet. Læta & ſecunda aduerſis commutantur: nunc pluit, modò ſol luce ſerena fulget. Ob oculos ſtatuamus admirandum naturæ ſpectaculum in quatuor anni temporibus, in quibus perſpicuè eam varietatẽ eſt intelligere. Exacta enim, ac ſoluta acri hyeme, mox pulcherrima mundi ornamẽta, quaſi ſenio exuta, in viridẽ nouamq́; iuuentã reuiuiſcũt. Frõdeſcunt ſyluæ, & omnia arborũ genera repubeſcũt, germinant vites, herbeſcũt prata, & floribus diſtinguũtur: cœlũ auicularũ modulantiũ cõcentu demulcetur,

omnia pubeſcunt, omnia aures, oculos, & mentes ad pulcherrimum ſui ſpectaculum conuocant. Veri obrepit æſtas, vt infinitis partibus calidior, ita frugum, fructuum, & omnium rerum copia multo vberior, & prouentu fœcundior, quæ parit pleno vbere quod parturiuerit ver. Haud diuturna eſt ea fœlicitas. Extinguit ſtatim eius partem autumnus, vuarum ſordibus ſcaturiens, qui è lacubus & ſqualis onerata muſto dolia in cellas penuarias trāſmittat. Quę mox omnia glacialis bruma, cana niue horrens, & barba hirta enecat. Eadem ipſa viciſsitudo res mortalium verſat, vt non ſit, quantumuis fœlix, quantumuis potēs, qui eandem ſortem ſibi auſit ſempiternam promittere. Quapropter Aeſopus ille è Phrygia fabulator, interrogatus, quid Iuppiter ageret, rẹſpondit: τὰ μὲν ὑψιλὰ ταπεινοῖ, τὰ δὲ ταπεινὰ ὑψοῖ. hoc eſt, ſublimia deprimit, & humilia attollit, indicans celerem rerum, quamuis magnarū eſſe commutationem, eamq́; ſolam in arbitrio diuino ſitam. Gandendum flendumq́; nobis eſt, velimus nolimus cum Deo. Non poteſt fieri, vt vlla ſit fœlicitas perpetua, ac non ſui ſatietas obrepat, vt etiam fuerint inuictiſsimi, quibus ſua fœlicitas perpetua ita fuit ſuſpecta, vt malorum cum reliquis mortalibus voluerint eſſe participes. Atq; vt id potiſſimum fieret, abiecere aureos gemmis diſtinctos annulos in mare, quo aliquo infortunij abſinthio res ſecundæ aſpergerentur, ſimulatq; omnia ſecunda ſaltaſſent. Exemplorum plena ſunt omnium hiſtoriographorum monumenta, vt non ſit, cur eorū longa fiat enumeratio. Vt mittantur Cambiſæ, Ochoi, Darij, Cræſi, Polycrates, Agathocles, Dionyſij, Nerones, quę monarchiæ, quæ regna, quę vrbes, quę nationes, in vno, atq; eodem flore durauerunt? Cum temporibus etiam leges, cōſuetudines, & politicæ rerum publicarū diſciplinæ abolentur, & conduntur, vel à legumlatoribus, vel vſu, nouæ. Quin cum vrbibus, & ſyluæ, & amnes longo curſu fatigati, moriuntur. Confer huius noſtræ vrbis eam religionem, quæ olim patrum noſtrorum, adeoq́; noſtra memoria fuit, cum ea, quam nunc habemus: compone veterem Rempublicam, vrbis ſtatū, mores, ritus, ceremonias, leges, iudicia, iudiciorum formas, viroſq́; adeo ipſos, qui

tum

tum temporis Rempublicam gerebant, cum præſentibus, difficilis erit collatio, ne quid dicam, vix veſtigium veteris vrbis extare. Quid ſi reuiuiſcerent trium ordinum columina, & præſentia velut in theatro contēplarentur, inuerſam vrbem, & ima ſummis commutata clamarent. Loquor hic de vicibus rerum humanarum tantum, non autem, quaſi verò ego vetera illa noſtra præſentibus anteponam, aut illa his præſtantiora fuiſſe iudicem, ſed vt hoc vno demeſtico exemplo propoſito admoneamur fortunæ, ac commutationis humanæ. Quanquam noua veteribus, & recentia antiquis vt plurimum deteriora eſſe ſolēt. Vnde antiquum Latina conſuetudine, pro bono vſurpari receptum eſt. Et me quoq; iam dudum piſtrini incipit capere faſtidium, vt optem aliquando tranquillum portum, in quem me recipiam. Quo circa benè illud à priſcis Gręcis dictum fuit, κύκλος τὰ ἀνθρώπινα, id eſt, circulus res humanę ſunt, quod omnia circumagantur, & in orbem recurrant. Fortunam ita rotę aſsidentem fingebant, vt eam verſaret. Ego vir eximie cum in hoc ſtudiorum meorū curriculo, interpretandis poëtis, & Ciceronis diuinatione nuper admodū defatigatus eſſem, volui pauliſper animum elegantiori otio oblectare: & quemadmodum nautæ facere ſolent, qui poſt longam & periculoſam nauigationem laboribus magnis defuncti, ſubductis in portum nauibus, quiete diebus hybernis corpora reficiūt, ita & ego à iactatione illa longa fractus, in amœnius ſtudium, tanquam otium ſuauius leuandi tædij cauſſa digreſſus fui. Amant enim alterna Camænę. Verti Ranas Ariſtophanis Comici facetiſsimi, quę res tanto mihi iucundior fuit viſa, quanto accuratius ab ipſo authore fuerit elaborata comœdia. Hanc tibi placuit nuncupare, vt animum tuę humanitatis priſtinę memorem declararem. Vale. Idib. Febr.

Anno. LXI.

(.:.)

❡ARGVMENTVM RANARVM.

CVm Bacchus Euripidis Tragici deſiderio ſummè teneretur, neque uideret, qua ratione uoti ſui compos fieret, ad inferos deſcendere conſtituit, ut illic eum coràm conueniret. Sed cùm uiam neſciret, commodùm in mentem uenit, conſultum eſſe Herculẽ conuenire. Is eni Euryſtei iuſſu inferos adierat, ut Cerberum canem inde abduceret. Poſtquam ad eum uenit, & quà eundum eſſet, didicit, ſalibus iocisq; ůtrinq; luſere. Atque ita ab Hercule Liber pater dimittitur. Inſtructus ad Herculem ridicula panoplia uenerat ad deſcenſum ad inferos, quæ non poterat non ſpectanti heroi riſum mouere. Veſtitus accedebat pelle leonina, clauamq; nodoſam humeris gerens, ut hoc terribilior appareret. Itaq; uiam edoctus, & ea omnia, quæ ad eius uiæ rationem pertinerent, cum ſeruo Xanthia, qui & ipſe ridiculus aſino, excauata trabe oneratus, uehebatur, ad inferos deſcendit. Peruenerat iam ad paludem Acheruſiam, ubi charontem cum ſua cymba cærulea, qua mortuos, poſito obulo, tranſportabat, circa ripam offendit. Xanthias, quia ad Arginuſas nauali prælio non pugnauerat, in cymbam portitoris non fuit admiſſus, quare pedes per longos aufractus uiarum ſtagnum obambulare iuſſus fuit. Ibi Bacchus inter nauigandum ranarum coaxationes odioſas aßiduò audiuit, dum in ulteriorem ripam exponeretur. Hic Xanthias illi rurſus coniunctus fuit, perrexitq; cum hero longius ire. In his regionibus omnia, ut ab Hercule acceperat, offendit: dira uariarum formarum ludibria, ac ſpectacula, & quoſdam initiatos, qui ad inferorum ueſtibulum, portasq; choreas ducebant. Bacchus inferorum loca ingreſſus, quemadmodum Hercules quondam fecerat, & cum eo nonnulli myſtæ, tandem ad Plutonis ſolium peruenit, non tàm eo quidem conſilio, ut Euripidem ſecum ad ſuperos reduceret, quàm ut, ſimulatque ipſum, & Aeſchylum diſſerentes, uter alteri artificio in tragica palæſtra præſtaret, præſens audiſſet, præſtantiorem unà ſecum in uitam retraheret. Vicit in eo certamine Aeſchylus, eumq; inde pace Plutonis, ut excellentiorem & τεχνικώτερον, abduxit. Acta hæc fabula fuit in Lenæo, Callia eo principe, qui Antigenẽ ſequutus fuit. Recenſetur hoc drama, inter ea, quæ accuratißimè, & ſummo artificio ac diligentia à poëta Ariſtophane ſunt ſcripta. Actumq; eſt cum omnium admiratione cùm ob alia, tum autem propter ea, quæ à choris extra argumentum, ad circumfuſam multitudinem referuntur, quibus claros obſcuris, & ciuibus exules reconciliat. Tantus autem plauſus hanc fabulam excepit, ut iterum ageretur, teſte Dicæarcho. Non ſatis conſtat, ubi conſtituta ſit ſcena, niſi quod

uериſimile

ueriſimile ſit, Thebis. Fuit enim Thebanus Bacchus, & ad Herculem patria Thebanum, proficiſcitur.

¶SCOPVS FABVLAE RANARVM, & Poëtæ conſilium.

QVemadmodum poëta Ariſtophanes in Pluto, rem gratam tum Reipublicæ principi facturus, Plutum Deũ uiſum recipiſſe ſcripſit: & homines prætenues, ſed bonos tamen affatim ditatos: Nebulas, aduerſus Socratem eiusq; Phyſicam diſputationem de rebus ſublimibus in aëre, ad Phænomenum ædidit, ut tradit Xenophon in commentarijs, quos de dictorum factorumq; Socratis mirabilibus ſcriptos reliquit, ſed in totum tamen ab eius Theologia, & incomprehenſibili abſtinuit, ita hanc comœdiam Ranas, in frigidum, ligneum, & adulterrimum ſcriptorem, & ſine artificio ſcribentem, fecit. Quodq; idem fanaticus homo ſe ineptum, indoctum, ac barbarum agnoſcere noluerit. Etenim ſtulte ſibi ille perſuaſerat, non ſolum ſe æquare alios Tragœdiarum ſcriptores, uerumetiam nonnulla ſcriptorum ſuorum multis partibus eorum laboribus, tum luculentiora, tum magis eſſe artificioſa. Fecitq; is perinde, ut Satyrus quidam olim, homo obſcurus, & bardus, qui cum Homero, id quod ſupra uires humanas erat, nihil ueritus fuit in harenam deſcendere: ut Cercops, cum Heſiodo: Marſyas, cum Apolline in Muſica, & iaculandi arte cum eodem: Sirenes, ac Thamyris, neſcio quis, cum Muſis, homo bis inſanus, & Anticyræ multo helleboro purgandus: ut Aegiptius Sophis, & Salmoneus Theſſalus, qui cœleſti tonitruo obſtrepuerunt, & fulmini non imitabili obfulminarunt. Hanc itaq; comœdiam in homines id genus, qui ſe ſuamq; ſupellectilẽ curtam ignorent, & qui ranarum more eruditis, ſuis ineptijs, & odioſis clamoribus ubiq; occoaxant, ſtudio emiſit. Occaſio item alia huius Comœdiæ ſcribendæ fuit Comico. Cum in Bacchanalibus Athenis nullus eſſet poëta celebris, uel Tragicus, uel Comicus, à quo Lenæa ſcripto aliquo in honorem Bacchi celebrarentur, eiusq; laudes decantarentur, Bacchum eam rem indignè ferentem fingit, & ad inferos iter adornãtem, ut Euripidem, & Sophoclem Tragicos ibi conueniant: quo utroq; audito meliorem Athenas, quod Plutonis pace fieret, reuocet, à quo orgia ſua ſolennibus ludis exornentur.

PERIOCHE

PERIOCHE ARGVMENTI.

Iambicum Trimetrum.

AD inſtros doctus uiam Liber pater
Ab Hercule, ſe confert ferens pellem horridam,
Et ſcytalen, ut inde ſecum Euripidem
Reducat. ut tranſit paludem Acheruſiam,
Ranûm choros audit ibi coaxantium.
Deinde eum myſtæ excipiunt. Pluto trucem
Quaſi Herculem intuitus eum, perterritus
Primum fuit propter canem acrem Cerberum.
Mox agnito eo, contenſio Tragœdiæ
Narratur, ac ſuperat facilè alterum Aeſchylus,
Quem in lucem hanc Liber pater ſecum rapit,
Illic Relicto Euripide.

PERSONAE HVIVS FABVLAE.

Xanthias pręfatur, ligno oneratus excauato, quo pondera geſtantur.

Bacchus.	Aeſchylus.
Hercules.	Charon.
Caupona.	Aeacus.
Euripides.	Platane.
Mortuus.	Pluto.
Chorus initiatorum.	Chorus ranarum.
Alia Caupona.	Famula Proſerpinę.
Sacerdos.	Famulus Plutonis.

Xanthias

[a] Xanthias præfatur.

LIcet mihi conſuetorum aliquid profarier
Ob quæ ſubin uidere ſpectantes ſolent:
Here? & cachinnis ſoluier?
Bac. Sic per Iouẽ, quæuis modò ne tantũ feras,
Premor miſer, ſerua hoc, ſatis [b] otij admodum
Nunc eſt. Xan. Faceti aliud nihil, quæſo, bone?
Bac. Præterquã, ut opprimor. Xan. Quid ergo nũc, niſi
Vt ridiculare hoc fundam? Bac. id ipſum per Iouem.
At nil uerere. illud mihi caue modò
Ne dixeris. Xan. Quid illud eſt? Bac. Quid id
Siet, rogas? ſi quod geras lignum ſubin
[c] Mutans, cacaturire te dicas. Xan. Neq;
Pedam quidem, mecum ferens hoc tantum onus,
Humeris [d] niſi quis tollat meis?
Bac. Non ô bone, niſi cùm uomere ego occœpero.
Xan. Quorſum ergo geſtare iſta tandem oportuit
Me utenſilia? ſi nil ſiem facturus
Quidem uel eorum, quæ ſolebat [e] Phrynichus
Facere? aut [f] Lycis, uel Ameipſias, uaſa id genus
Qui ubiq; gerunt in omnibus comœdijs?
Bac. Caue facias nunc, quippe quoties conſpicor
Huiuſmodi negotiorum quidpiam,
Diſcedo toto [g] ſenior anno protinus.
Xan. O ter quater miſerum me hominem, non id, quia
Collum premitur hoc, ridiculum inquies?
Bac. Non contumelia eſt grauis, & ludibrium
Hoc maximum, quod cùm ſiem Liber pater
Ego, Stamnio ſatus patre, ipſe pedes eam, &
Fatiger idem: atq; hunc equitare ſic ſinam?
Vt non fatigetur, uel onus ullum ferat?
Xan. An nõ fero ego? Bac. Qui tu feras, ueheris qui equo?
Xan. Fero hoc. Bac. Sed hoc dic quo modo? Xan. Graue admodum.

a Xanthias ſeruus, ita hic introducitur aſino inſidens, vt humeris lignum vtrinq; excauatũ gerat, in hoc inſunt ſtragula ad riſum concitandum. Cum ſtudet vrbane mouere riſum, ab hero prohibetur. Perſtringit comicos quoſdam ineptos, qui cum riſum tantum mouere ſtudẽt, auditores ab eius fructu auertunt.

b Otij. σχολῆ, alias χολὴ, ira uehemens.

c Mut. ab vno humero in alterum.

d Niſi. Tũc, inquit, dic, ſi velis, vbi obſeruaueris, quando ſim euomiturus, facillime vomero ſi dixeris.

e Phrynichus. Hic externus fuit, non ille comicus quidẽ. Perſtringitur a Poëta, propter inepta poëmata, tum autem, quod aliena ſemper ſcriberet, perſonasq; ridicule inſtrumentis oneratas introduceret.

f Lycis. comicus & hic fuit, frigidus & inſulſus.

g Senior. Anno ſenior, quoties nobis aliquid moleſtum eſſe ſignificamus.

Bac. Sed hoc, quod tute fers onus, nónne hic gerit
Aſinus? Xan. Minimè. quod ego habeo, & porto graue
Non per Iouem. Bac. qui fers, cùm alius quidem (hoc
Teipſum ferat? Xan. Neſcio profectò, at interim
Humerus graui pondere premitur. Bac. Quoniã proin
Nihil aſinum iuuare te tu prædicas,
Ergo uiciſsim ferto humeris aſinum tuis.
Xan. Heu me miſerum,[a] cur non & ego certamine
Pugnabam etiam nauali? ego profectò te here
Lugere iuſsiſſem diu. Bac. Deſcende iam
Sceleſte. nunc perueni aduſq; ipſas fores,
Diuortier quo oportuit iam me prius
Heus heus puer, heus, heus heus puer.
Her. Quis oſtium pulſauit ita [b] Centauricè?
Quis inſiluit: dic mihi quid hoc rei nam erat?
Bac. Puer. Xan. Quid eſt? Bac. Non ſenſeras? Xan. Quid
iſtud eſt?
Bac. Vt perculit me, ac terruit. Xan. Ne per Iouem
Inſanias. Her. Non per Cererem ridere non
Poſſum, tamen præmordeo meipſum, interim
Subrideo ſuauiter.
Bac. Accede bone, opus eſt tua in re quapiam
Opera. Her. Sed haud riſum queo compeſcere,
[c] Crocoton additum Leoninæ uidens.
Quæ mens? quid uult cothurnus? & claua iſta quid?
Quid congrediuntur? quò peregrè terrarum abis?
Bac. In [d] Cliſthenem conſcendimus nuper ratem.
Her. An prælium nauale geſsiſti obſecro?
Bac. Quin hoſtium naues etiam demerſimus
Ad duodecim, uel ſedecim. Her. Vos obſecro?
Bac. Per Apollinem. Her. [e] Deinde me liquit ſopor.
Bac. Iam cùm legerē in naui Andromedam mecum, meũ
Cor perculit deſiderium ſubitò mihi.
Quàm exiſtimas uehementer? Her. Euge, quantum erat

a Cur nõ. Athenienſes ad Arginuſam maxime ſeruorum opere vicerãt nauali prælio, quare ſerui libertate donati fuerant. Optat Xanthias ſe in co p̃lio quoq; fuiſſe, vt liber factus eſſet.

b Centau. hoc eſt, inciuiliter, & ferociter.

c Crocot. quoties duo inter ſe coniunguntur, quorum alterum cum altero nuſquã congruit.

d Cliſthenẽ. Hic a comicis ob molliciem notatur, quod propter cutis leuitatẽ Eunuchum referret. Si contra exercitum peregre abii, cum Cliſthene in eadem naui militaui.

e Deinde. Quidam hęc verba Baccho tribuunt. Quadrat prouerbium, quoties vana eſſe volumus, quę dicuntur, ridet Bacchum, quod mera narret ſomnia.

Deſiderium hoc? Bac. Sanè puſillum, quantulus
Ipſus [a] Molon.
Her. Mulierculæ? Bac. Non. Her. At pueri. Bac. Non per
Iouem.
Her. Verũ uiri. Bac. At iſthuc. Her. Cliſthenis nũ ſcilicet?
Bac. Ne in me cauillere, obſecro frater. caue
Etiam. nam habeo nunc peßimè, tantusq; me
Diſperdit amor. Her. Fratercule mi, qualis? Bac. Queo
Sat dicere id, ueruntamen id eloquar tibi (haud
Obſcura per ænigmata, unquámne ſubitò
Fabam expetiſti elixam? Her. Egon' fabam? phui,
[b] Plus millies decies in hac uita. Bac. Quid? hæc
Sat perſpicuè doceo, an alia uis dicier?
Her. Nil de fabis: nam intelligo id plus quàm ſat eſt.
Bac. Tantus lacerat uiſendi amor me Euripidis
Nunc, & quidem demortui, neq; potui
Mortalium perſuaſione inducier,
Quo minus ad illum iter arripiã. Her. Num ad inferos?
Maneſq; profundos? Bac. Per Iouem. etſi ſint adhuc
Profundiores uſpiam. Her. quid ibi obſecro
Facturus? Bac. Opus eſt mihi poëta quopiam
Docto, & lepido, quales hodie non ſunt, [c] & hi
Qui ſunt, mali ſunt. Her. Nónne [d] Iophõ supereſt adhuc?
Bac. Hoc certè adhuc unum bonum reliquum eſt: modò
Solum id fiet: ſed haud equidem noui ſatis
Quo pacto, & hoc ipſum ſe habet. Her. Sophoclẽ próin
Nónne huc meliorem Euripide abducturus es?
Quandoquidem illinc eſt reuocandus quiſpiam?
Bac. Nõ, ni ante Iophontẽ ipſum ſeorſum abſq; Sophocle
Ductum, quidnam rei gerat, explorauero.
Alioqui, ut eſt Euripides uerſutior,
Poſſet ſimul huc mecum aufugere, ac reuortier.
Porrò [e] alter ipſe, facilis & hic, faciliſq; ibi eſt.
Her. Vbi interim eſt [f] Agathon? Bac. Relicto me is fugit,

a Molõ. duo fuere Malones, alter hiſtrio, alter graſſator, & fur. hunc indicat corpore puſillum fuiſſe.

b Plus. aiunt Herculem mire edacem fuiſſe.

c Et hi qui ſunt. Eraſ. admonet dici ſolitum, vbi quis requirit ea, quę quondam quidem extiterunt, verũ temporum culpa perierunt.

d Iophon. Sophoclis filius fuit, qui creditus fuit patris poëmata pro ſuis vſurpaſſe.

e Alter. eiuſmodi Sophocles fuit.

f Agathon. Tragœdiographus fuit, qui ob molliciem a comicis vbiq; perſtringitur.

Poëta non malus, quem [a] amici maximè
Deſiderant. Her. *Hic quò miſer abit gentium?*
Bac. [b] *Conuiuium petijt beatorum.* Her. *Iam ubi eſt*
[c] Xenocles? Bac. *Pereat malè per* Ioue *ille, ut dignus eſt.*
Her. *Pythangelus?* Xan. *Nulla hic mei fit mentio,*
Cuius adeò premitur humerus onere graui.
Her. *Atqui hic alij ſunt, qui faciunt tragœdias*
Plus mille boni decies adoleſcentes, magis
Qui Euripide *ſunt pluſquam [d] ſtadio uno garruli.*
Bac. [e] *Folia iſta ſunt profectò, & ampullæ meræ,*
[f] *Hirundinum Muſæa, & artis læſio.*
Quæ uana ubi ſemel chorum occupauerint
Tantum, irruerintq́; uel in Tragœdiam *modò,*
Nunquam inuenias deinceps poëtam hic amplius
Genuinum, eum quæras licet, qui nobilem
Sententiam uſquam proferat. Her. *Quonam modo*
Genuinum? Bac. *Ita, inquam ego genuinum, qui canat*
Eiuſmodi ſublime quiddam, [g] audacius
Quod & temerè ipſum ſuſcipitur: nempe hoc uelut.
[h] *Et maximi ætherem domum Iouis: aut [i] pedem*
Saturni: & haud uolentem animum iurare per
Diuûm ſacra. [l] *Linguam peierantem iſthanc quidem,*
Mentem ſed iniuratā habui. Her. *Hæc tibi placent?*
Bac. *Nimium, atq; etiam plus, quàm rapior inſania.*
Her. *Verſuta certè, illiberaliáq; ipſa ea*
Sunt, ut tibi & uidentur. Bac. *At [m] mentem caue*
Habites meā, cùm habeas domū ipſius. Her. *Prorſus hæc*
Planè uidentur peſſima. Bac. *at tu me doce*
Iam [n] cœnitare. Xan. *An nulla mentio mei?*
Bac. *Aduorte animum, cuius rei nunc gratia*
Te imitatus iſthoc apparatu huc prodeam, ut
Referas mihi iſtos hoſpites uelim tuos
Inter uias, queis, cùm faceres ad Cerberum
Iter, ipſius utebaris, hos mihi referas

a Amici. ſapientes, Hic Socratis pceptoris Tragicus fuit, moribus elegans, & menſa ſplendidus.
b Conuiuiū bea. Deorum cibus, de prælautis epulis dicebatur, quod Homerus fingat nectare, & ambroſia deos victitare. Cæterum Regū aulica conuiuia ſignat, nam Agathon cum Rege Archelao in Macedonia conuerſabatur, vſq; ad finem vitæ.
c Xenocles. Comicus in ſcribendo impolitus, & allegoricus.
d Stad. Hyperbole prouerbialis.
e Folia. epiphyllides, in blandiloquos, quiq; magis phaleris verborum, quam egregijs factis inſtructi ſunt.
f Hirund. Muſæa, ſiue cantio in garrulos, & obſtreperos.
g Audac. hoc eſt, paradoxum & ſublime, ac rarum.
h Et maxi. Sumptum eſt ex Alexandra Euripidis.
i Pedē Satur. vel temporis. Ex Melanippe Sophoclis.
l Linguam. ex Hyppolito Euripidis, citatur & a Cicer. in offic.
m Mentē. alluſum eſt, ad illud, quod extat in Andromache. Ne mentem habita meam.
n Cœnare me do. quoties quis refellere, aut docere conatur aliquē, ipſe eius rei imperitus, de qua diſceptatur. Oſtē

Portus,

Portus,tabernas,fornices,ſimul loca,
Panes quibus uenduntur,& diuortia,
Et manſiones,queis ſoleas ſubſiſtere,
Fontes,uias,& ciuitates obuias,
Victus rationem,atq; ipſa diuerſoria,&
Vbi cimices paucißimi. Xan.ſed mentio
Fit nulla mei. Her. Infœlix miſer,tu audebis &
Illò ire? Bac. Nihil ad iſta prorſus amplius.
Quin edoce me nunc uias,potißimum
Quo ad inferos tanto profundos ocyus
Veniam,[a] nec æſtuoſam eam cedo nimis,
Neq; frigidã. Her. Agedum illarũ utram eloquar prius?
Vtram eloquar? una à funibus,& ſubſellio
Tibi,teipſum ubi miſer ſuſpenderis.
Bac. Miſſam facito hanc, quæ ſtrãgulet,hãc ne prædica.
Her. At ſemita eſt compendioſa,tritaq;
Quæ ducit iſthuc,lataq; per mortarium.
Bac. Númnam cicutã dicis? Her. Ita. Bac. Tũ frigidã,&
In qua facilè hybernarier non eſt,ſed hic
Duræ coeunt,& congelantur tibiæ.
Her. Vin' expeditam commemorem tibi uiam,&
Decliuẽ? Bac. Etiam imò per Iouem, quem ſcis probè
Pedeſtris itineris laborem perpeti
Non poſſe. Her. Iam in [b] Ceramicum deſerpito
Bac. Quid poſtea? Her. Turrim ſub hæc altißimam
Conſcende. Bac. Quid deinde faxo,dic bone?
Her. Illinc,facem mitti,tu ab alto cernito
Poſt illa,inde iuſſerint ubi ſpectantes eam
Mittere,teipſum tum dato præcipitem quoq;.
Bac. Quo gentium? Her. Quónam? deorſum ſcilicet.
Bac. At perderem hoc pacto [c] cerebri duo thria:
Quare uiam hanc non iuero. Her. Quid quæſo ita?
Bac. Sed qua ipſe modò deſcenderis. Her. Tum ſæpius
Multumq; nauigandum adeò eſt. Venies enim

dit Herculem exercitatum in deuorandis tauris,magis quam in poëtarum ſcriptis expendendis.

a Nec æſtu. prouerbiũ in eũ quadrat, qui procul ab omni incommoditate ſemotus vitãagit. notat Bacchi mollitiẽ.

b Ceramicum. Ceramicus locus erat Athenis, vbi hi ſepeliebãtur, qui in bello perierant. Alter Ceramicus meretricum ſedes. Tria hic certaminũ genera exhibebantur, quæ Lampadidromiæ dicebantur. In his cum funalibus diſcurrebant, vocabanturq; Mineruæ, Vulcani,& Promethei. Ante Ceramicum turris erat, quam iubet Bacchum conſcendere, atq; facem obſeruare, vt cum curſores emitterẽtur,e turri ſe præcipitaret.

c Cereb. humanam habet tuniculas tres, vehemẽter foliis fici ſimiles. θρίον fici ſignat.

Ad maximum ſtagnum,& profundum mox quidem.
Bac.Deinde qua ratione tranſmittam?Her.Senex
Te nauita cymba in alteram ripam feret
Obolis duobus ſcilicet.Bac.Papæ,duo
Quantum ualent ubiq; oboli. ſed quo modo
Veniſtis eo?Her.Dux ipſe mihi Theſeus fuit.
Angueis ſub hæc,& beſtias cernes ibi
Paßim innumeras,& horribiles uiſu feras.
Bac.Ne perculeris tu me,neq; iniicias metum.
Nunquam inde me prohibueris.Her.Mox turbuli
Cœni fimiq; plurimum,& ſtercus fluens.
In hoc iacentes conſpicias,qui læſerint
Vnquam hoſpitem quem iniuria:pecunia
Si quis puerum ſpoliauerit,aut matrem impius
Pulſauerit,malas patri ſue ceciderit,
Aut peierauerit,uel illum [a] *Morſimi*
Deſcripſerit uerbum.Bac.Atq; ad hoſce per deos
Etiam adde,ſi quis Pyrrhichen [b] *Cineſiæ*
Didicit.Her.Sub iſta, tibiarum perſtrepet
Circum undiq; te cantus:ſimul pulcherrimam,
Qualem hic,uidebis lucem:ad hæc myrteta,tum
Cœtus uirûm,atq; fœminarum maximos
Fœlicium,plauſum manuumq; plurimum.
Bac.Ecqui precor ſunt iſti?Her.Initiatûm ſacris
Frequentia.Xan.Per Iouē,ego equidē ſum [c] *aſinus uehēs*
Myſteria, [d] *uerum iſta haud geram diutius.*
Her.Iſti omnia.referent tibi,quæ deſideres.
Namq; hi ad fores Plutonis ipſam proximè
Habitant uiam.frater uale longum. Bac.Et uale
Tu per Iouem quoq;.heus capeſſe ſtragula
Tu rurſus.Xan.antequam & poſuero?Bac.Ocyßimè
Inquam.Xan.Minime,te obſecro,uerum quempiam
Qui mortui efferuntur, huc
Quo præmio conducito,

a Morſimus Tragœdiarum ſcriptor ineptus fuit.

b Cineſias dithyrambicus fuit,qui ſcripſit Pyrrichen,hoc eſt, ſaltationem armatam, notatur forſan, quod in choros motus nimis magnos induxerit. Hos putidos ſcriptores per riſum in cœnoſa illa,& ſtercorea palude conditos optat Bacchus.Cæterum Pyrrhiche ab armatis pueris peragebatur, in qua belli imago repręſentabatur,vt ardor & impetus fugientium,& adorientium. Vnde natum eſt prouerbium, Pyrrichen oculis prę ſe ferēs.

c Aſinus portans myſt. in eum dicitur,qui pręter dignitatem, in munere aliquo verſatur.

d Verum iſta. Abiicit onus, vt poſtea tollere rurſum iuſſus,magis ridiculus appareat.

Qui operam huc ſuam tibi elocet. Bac. Si neminem
Inuenero? Xan. Tunc ipſe geram. Bac. Dicis probè.
At enim aliqui iſtum mortuum efferunt modo.
Heus tu, tibi inquam, heus heus, tibi inquam mortuo.
Vin' has homo ad inferos mihi ferre reculas?
Mor. Quas? atq; quales? Bac. Has. Mor. Proin [a] drachmas duas
Solues pretium. Bac. Non per Iouem, uerum minus.
[b] Veſtram ite uos uiam. Bac. Mane infœlix, mane,
Si conueniamus nos. Mor. Duas drachmas niſi
Depoſueris, ne diſputes. Bac. Nouem accipe
Obolos. Mor. Ego remuiſcere malim nunc modo.
Xan. Vt eſt ſeuerus hic ſceleſtus, & grauis.
Non eiulabit? ego ibo potius ipſe. Bac. Homo
Frugi, atq; ſtrennuus es: proinde eamus ad
Cymbam. Cha. [c] O op op. ſubducito nauē. Bac. Quid hoc
Rei eſt? Xan. Palus hoc per Iouem eſt, quam dixerat:
Cymbamq; cerno per Iouem æquoreum: & Charon
Hic ipſus eſt. Bac. Salue ô Charon, ſalue ô Charon,
Salue ô Charon. Cha. Quis ex malis quietem in hanc
Atq; ex miſerijs huc adeſt? quis in hoc nigræ
[d] Lethes ſolum? atq; [e] aſini quis ad lanas uenit?
Vel Cerberos? coruóſue? uel ſub Tænarum?
Bac. Ego. Ch. Ocyus huc ingredere. Bac. Quo curſum te-(neſ?
Num ſcilicet ad coruos? Cha. Etiā eò per Iouē, &
Tua quidem cauſſa unius potiſſimum.
Quin ingredere, inquam huc. Bac. Heus puer.
Cha. [f] Seruum haud ueho, niſi qui prius certauerit
Pugnauerit & pro carnibus
Certamine nauali. Xan. Haud ego per Iouem quidem,
Verum ex oculis iam tum dolebam maximè.
Cha. Ergo tu oberra iam paludem ocyſſimo
Curſu. Xan. Interim ubi manebo te? Cha. Circa arduam
[g] Auæni, & aſperam ſilicem. ipſas, inquam, eas

a Drachma. ſex valet obolos. Poſtulat mortuus obolos duodecim. Bacchus offert nouem.

b Veſtram. Hæc ad eos loquitur, a quibus mortuus portatur.

c O op op. Venatoris appellatio eſt, loquitur iſta Charon in naui ſedens.

d Lethes campus, de vehementer obliuioſis.

e Aſini. parœmia ita effertur. Ab aſino lanā quæris, qui ſtulte ea quęrit, quæ nuſquam ſunt.

f Seruum haud. id eſt, non admitto ſeruum, niſi multis magniſq; ſpectatum experimentis. Aliàs pro κρεῶν, carnibus, νεκρῶν, id eſt, pro mortuis legitur. Si pro carnibus legas, pro vita. Serui enim, quibus nullæ ſunt poſſeſſiones, quando pugnant, pro vita ſolum dimicant. Qui legunt νεκρῶν, id eſt, pro mortuis. Nauali prælio ad Arginuſas ſuperiores erant Athenienſes, vetueruntq;, ne cadauera cæſorum tollerētur. Et hic quoq; pugnatum eſt. In quo prelio ſeruorū virtus enituit. Quarę libertate donati fuere.

g Auæni ſaxum, quod mortui exucci ſint. Fuit & Athenis Auænum ſaxum,

Ad manſiones. iámne tenes? Xan. Teneo optimè.

a Heu me. Poſſunt etiã ea verba Baccho tribui.

[a] Heu me miſerum. egreſſus domo, quónam incidi
Malo augurio infœlix miſer.
Cha. Tu conſide ad remum, properato huc ocyus
Sic eſt hic aliquis, qui adnauiget. heus tu, quidnam agis?
Bac. Quid agã aliud? quàm quod ueluti, atq; ubi iuſſeris.

b Remo. Bacchus ſuper remos ſe compoſuerat.

[b] Remo inſideam? Cha. Proinde ibi uentrioſe tu
Sedebis. Bac. En. Cha. Non igitur ambas tu manus
Vtrinq; proijcies, neq; extendes? Bac. Vide.
Cha. Minimè, caue nugas agas, quin contra iens
Præſtrennuè ſic remigas? Bac. Ecquo modo
Potero, imperitus qui ſiem, & planè rudis?
Et qui in mari uerſatus in uita haud fui,

c Aſalaminius. Athenis duæ naues publico muneri deſtinatæ erãt. Salaminia, & Paralus. Itaq; Aſalaminius idem eſt, quod nunquam in mari verſatus, ſiue quod Xerxes ad Salaminem nauali certamine victus eſſet. Eraſ. in prouerbio, Sarone magis nauticus. hunc verſum ita reddidit. Qui potero imperitus, & a mari alieniſſimus?

Simul [c] Aſalaminius, bene remum impellere?
Cha. Vbi ſemel proieceris, ſtatim audies
Cantus canoros, & facilè pulcherrimos.
Bac. Quorum obſecrò? Cha. Mirabiles ranũm ſonos,
Et olorum. Bac. Itaq; nunc impera.
Cha. Oop op. oop op.
Cho. Brececeeex coax coax.
Ra. Brececeeex coax coax.
Proles lacuum paluſtres,
Et fontium conſuetam
Laudum reſonemus uocem,
Meam ſonorem cantionem clarè,
Coax coax
Quam olim Libero patri
Nyſeio gnato
Altis paludibus ſonuimus ſimul,
Quando ſacris ebrius tunc

d Ollæ ferlæ erant Athenis ſolẽnes Baccho.

[d] Ollis frequens globus populi ſacrum
Per delubrum iret, & nemus meum.
Bac. Atqui dolor ſub podice
Mihi incipit oboririer.

Oo coax

Oo coax coax.
Cho. Brecececex coax coax.
Bac. At uos nihil autem forſitan
Curatis iſtud.
Cho. Brecececex coax coax.
Bac. Quin magnus iſthoc cum coax
Vos Iuppiter perdat. nihil
Aliud enim eſt, quàm idem coax.
Cho. Iure nil ego aliud, ô otioſus
Qui ſatagis multa
Nimis. in haud tuis negotiis,
Muſæ adamarunt me
Bene canoræ: & ipſe
Corniger unus Pan
Leue crepans dulci
Carmina cantu.
Simul & afficit me Apollo ſuaui melo
Cytharœdus arundinem ob ipſam, quam
Enutrio in paludibus
Vliginoſis humidam.
Brecececex coax coax.
Bac. Profectò habeo iam puſtulas
Dudum, & mihi podex tumet.
Dicit, quoties incubuimus,
Brecececex coax coax.
Quin mittite hæc, ô genus cantandi
Impendio ſtudioſum, & garrulum.
Cho. Quin mage multo ergo canemus, modò ſi
Per [a] Cypirum amœniorem
Aliquando diebus olim
Aeſtiuis tripudium egimus nos.
Per Phleum cantusq; leti
Innabilibus numeris.
Aut [b] Iouis nimbum Tonantis

a Cypirus & Phleus, ſunt herbæ, quæ naſcuntur maxime circa amnes, autho. Theophraſt.

b Iouis. ranæ enim ſolem quærunt, & teporẽ, imbres fugiunt.

 Aquoſum

Aquoſum in alto defugientes
Diximus [a] chorum tumentes
Inter laticum bullas uariûm.
Brecececeex coax coax.
Bac. Hoc accipio à uobis lubens.
Cho. Dura nos proin tulerimus.
Bac. Duriora certè ego. equidem,
Qui remo inhæream graui,
Si uel ipſe diſrumpar.
Cho. Brecececeex coax coax.
Bac. Lugete, non curæ eſt mihi.
Cho. Quin uociferabimur magis
Interdiu, quantum ualet
Noſtra iſta faux, non ſegniter.
Brecececeex coax coax.
Bac. Re uos in hac ſuperabitis
Me nihil. Cho. Sed ne quidem nos
Tu unquam. Bac. Et haud me uos quidem unquam.
Quin ualidius infremam uſq;.
(Quamuis autem oportet &
Interdiu) ueſtrum meo hoc donec coax
Robore uincam.
Cho. Brecececeex coax coax.
Bac. Aliquando odioſum ego hoc coax compeſcerem.
Cha. Heus deſine. deſine, applica remum. exeas.
Perſolue naulum. Bac. En accipite hos obolos duos.
At Xanthias, ubi Xanthias? heus Xanthia
Manet? Xan. Hei, ehei. Bac. Huc concede. Xan. Saluus ſis here.
Bac. Hic quid eſt? Xan. Tenebræ, & cloacæ atræ meræ,
Cœnũ, lutumq; ſordidum.
Bac. Proinde ubi uidiſti, opinor, perditos
Tum parricidas, tum impios, qui peierant,
Quos ille nobis rettulit. Xan. Tu, quæſo, non?

a Chorum. choreã uocat ranarum natationẽ, & diximus, pro coaxauimus.

Bac. Et

Bac.Et per ego Neptunum,uideoq́; hic maximè
Nunc.agè,quid agimus? Xan. Optimum eſt,procedere
Nos.hic locus eſt ille,ubi ipſe beſtias
Tetras latere dixerat.Bac. Vt perditus
Lugebit.arroganter enim mentitus eſt,
Terrorem ut incuteret mihi.gloria ſibi
Placens ſua & meæ inuidens,
Me bellicoſum cum ſciat.ſed eſt nihil
Atq; Hercules,æquè ſuperbum,& contumax.
Optauerim mihi dari obuiam feram
Aliquam,ut itinere dignum aliquod capeſſerem hoc
Certamen.Xan.Etiam per Iouem.atqui ſentio
Neſcio ſtrepitum quem. Bac.Vbi,ubi eſt? Xan.Nos pone, ibi.
Bac.Ponè ſequere. Xan. Atqui à fronte quidem eſt. Bac. Præcidito,
Nunc ego.Xan Magnam per Iouem nunc belluam
Cerno.Bac.Sed ecqualem? Xan.Nouam,quæ uertitur
In cuncta ſubitò corpora.
Modò bos,modò autem mula,rurſum fœmina eſt
Pulcherrima. Bac. Agè,ubi eſt? rectà ad illam iam feror.
Xan. At rurſus haud eſt mulier,imò iam canis.
Bac.[a] *Empuſa proinde eſt. Xan. Totus enim uultus micat,*
Igne,atq; habet brachium æneum.Bac.Profectò ita eſt,
Et ſtercoreum alterum.Xan.Tenes palàm. Bac.Obſecro
Quò me ergo uertam? Xan.Et quónam ego? Bac.Oh ſeruato me
Diuûm [b] *ſacerdos,ut tibi compotor ſiem.*
Sac.Nos diſperimus magne Rex [c] *Tirinthie.*
Bac.Etiam atq; etiam me nomines homo caue.
Neu me meo prorſus uoces uel nomine.
Xan.Proin Dionyſe.Bac Hoc altero ſanè eſt minus.
Xan. Agè,perge.quò ire cœperas:huc huc here.

a Empu. ſpectrum eſt, quod ab Hecate ſoleat emitti videndum miſeris, quod ſubinde ſe conſueuit exhibere alia,atq; alia forma. Quidam putant tãtum apparere iis, qui diis manibus parentantur. Vnde Empuſa imitabilior. de inconſtantibus.

b *Sacerd.* Qui in horrendas calamitates incĕderent ad ſacerdotes veniebant, precabanturq́; vt pro ſe preces funderent ,quo a ſua miſeria liberarētur. Quare Bacchus ſacerdotis opem implorat.

c Tirinth. habet enim Bacchus Herculis ſpeciem,& habitum, quare ſacerdos cum ipſe eſſe putat.

Bac. Quid eſt? Xan. Spera melius. pulchrè omnia
Nunc acta nobis ſunt: licet quoq; dicere
Nobis idipſum cum Hegelocho: quod cernimus
[a] Tranquillitatem iterum, ex profundis fluctibus.
Empuſa caſſa eſt. Bac. Deiera. Xan. Næ per Iouem.
Bac. Iurato rurſus. Xan. Per Iouem Bac. Quin deiera.
Xan. Næ per Iouem. Bac. Miſerum me, ut intuitus amens eam
Expallui: & hic rubore me perterritus
Perfudit. heu, unde hæc mihi miſero mala
Dira inciderunt? quem Deûm incuſauero,
Quod peßimè peream miſer?
Xan. Rogas? Iouis conclaue magni, aut temporis
Certè pedem.
Bac.[b] Quis intus autem heus
Cantatq;, & inflat tibiam? Xan. Quid eſt rei?
Bac. Non, quæſo, ſenſiſti hoc? Xan. Id autem quid rei eſt?
Bac. Hunc tibiæ cantum Xan. Profectò aliquis ſimul
Et me facularum uentulus aura myſticus
Afflauit ultra omnem modum.
Quin quod poteſt, ſilentio perterriti
Nimis, huc animos aureſq; uertamus, placet.
Cho. Iacche, ô Iacche. Iacche, ô Iacche.
Xan. Hoc illud eſt planè, hic initiati modò
Quos ille nobis rettulit, ludunt here.
Canunt Iacchum ipſum adeò eum, quem [c] Diagoras.
Bac. Idem mihi uidentur, ergo ſilentio
Eſt optimum. placidè huc animos aduertere.
Cho. Iacche ô, qui habitas claris
Hic in ſedibus, ohe
Iacche Iacche,
Ades huc ad [d] Thiaſotas
Prata in hæc Choreas ducere, caſtos.
Quatiens myrtis coronam,

a Tranquil. prouerbiũ quo ſignificat ſe e malis emerſiſſe. tracta metaph. a nauigãtibus quibus remittente procella grata eſt tranquillitas. Hegelochus hiſtrio fuit in tragœdiis. Cæterum locus ſumptus eſt ex Euripidis. Oreſte, αὖθις αὖ γαλήνην ὁρῶ.

b Quis canit intus aliquis fiſtula, ſed ſpectatoribus non conſpicuus.

c Diagoras dithyrambicus fuit impius, qui nonos dæmones induxit, cuius perpetua cantilena fuit Iacche, Iacche. Quare comicus hic eam cantionem imitatur, cum & ipſe dithyrambica, hoc eſt, Dionyſiaca dramata ſcribat.

d Thiaſ. ſocios choreg.

Fertilem

Fertilem, tuum caputq́; &
Tempora circum
Florentem, & pede honorem
Ioca amantem intrepido urgens
Petulantem, atq; proteruum,
Qui habeat uel potiorem
Charitum non male partem,
Intemeratam atq; ſacram
Sacris myſtis choream.
Xan. Nominibus multis ueneranda filia
Cereris, ut hic ſuauiter carnes nimis
Grataéq; [a] ſuillæ naribus aſpirant meis.
Bac. Proinde tum quietus eris, ſi acceperis
[b] Chordæ minutam portiunculam ſacræ.
Cho, Iacche faculas claras
Volens excita: ades nam
Manu illas gerens nunc,
Nocturniq; ſacri [c] Lucifer aſtrum,
Flamma pratum illuſtratur.
Senum autem mouentur crura.
Fugat atq; item tetricas
Curas, ueteresq́;
Que Saturni annos,
Priſcasq; hyemes,
Sub honoribus amplis.
At enim tu lampade lucens
Aliquando inter eundum
Tellurem ergo paluſtrem,
Que excipiat genus omne feras,
Educito iam iam
Inducentem choream
Fœlicem euge iuuentam.

¶ [d] Aduerbium.

Bene precari par eſt, noſtriſq; choris procul abſiſtre eũ,

a Suillæ. nam porci in ſacris Cereri, & Baccho mactabantur, vt Viribus, & frugibus infeſti. Venuſta paranomaſia eſt in χορεία & χοιρείων.
b Chordam vocat inteſtinum.
c Lucif. ſacrum ignem ita vocabant, aut etiam ipſam lampadem poëta luciferum vocat,

d Aduerbiis cõſulit ea, quæ ex Reipu. vſu ſunt, aut nefarios ciues inſectatur.

a Sequere hoc eſt, nobiſcũ ſi eas, magnũ iter facile facies, vel quod in templis verſando, ſi nobis te implorãtibus repente appareas, oſtẽdes faciles eſſe vias diis, ac ſine labore peragi.
b Comita. quidam exponunt, præmitte.
c Meum tu. propter te meum ſandalium, & lacerna diſtracta ſunt: qa Baccho hæ Comœdiæ eduntur. Videtur innuere tum tenuiter poëtis fuiſſe numeratum parce ac tenuiter.
d Cum il. puella, quam poëta ſympæſtriam vocat.
e Notat Archidemum quempiam, qui Athenienſiũ more neglecto, nullum hoſpitem ſeptẽ annos in Repub verſatum in ciuium numerũ adſcripſerat. Alluſit ad parœmiam, Septennis cum ſit nondum ædidit dentes. Pro dẽtes dixit, tribules. Eraſ. vſum pro uerbii monſtrat.
f Mortu. Interpræs varie hoc exponit. Inter diuerſas expoſitiones addit Athenięſes mortuos dici, quod omnem veterem prudentiam abiecerint. Siue, quod qui in mundo verſantur homines, quamdiu in his vanis rebus iactãtur, ipſis mortuis grauiora patiantur. &c.
g Flagi. pro adminiſtrationis Reipub. Sed ob ſcelera eorum facete, flagitium dixit.
h Cliſthenẽ vt hominẽ nequã & in Sebinũ ſcortum furentem taxat.
i Sepul. taphæ erãt, vbi

[a] *Sequere, atq; doce, ut nullis laboribus tu*
Multum uiæ confeceris.
Iacche qui ſemper choream ames, age
[b] *Comitare me uolens.*[c] *meum tu ad riſum, &*
Ad parſimoniam iſtud
Mihi ſandalium, & lacernulam
Vilem ſcidiſti, ac tritam.
Et reperiſti, ut audeant,
Vtcunq; habet, indemnes hi.
Et ludere, & choreas
Amabiles hic ducere,
Semi. Iacche qui ſemper choream ames, age
Comitare me. nam limis ut puellæ
Aſpexi aliquid, nunc tandem oculorum obtutu
Vidi propius, forma uenuſta ualde,
Cum qua uoles colludere, cuius rupta &
Mammam tunica inclinarier:
Semi. Iacche qui ſemper choream ames, age
Comitare me.
Xan. Et ipſe ego, cùm ſemper libens ſequar, uolo quoq; [d] *cum illa*
Ludens choream ducere. Bac. Atq; ego quoq; cum illa tecum.
Cho. Communiter ergo uultis
Taxemus [e] *Archidemum?*
Septennis hic nondum tribules ædidit
Qui publicam gerit rem
Nunc [f] *mortuos hos inter*
Superos, ubi [g] *flagitij illius primas tenet.*
Et [h] *Cliſthenem in* [i] *ſepulchris*
Nates ſuas ipſius
Euellere inaudiui,
Ac turpiter malas ſuas diſcerpere.
Et cæditur, plangitq;,

Laceratq;

Laceratq; ſe inclinatus.
Et flebat, & clamabat
Sebinum: is enim (quod turpe) maſturbator eſt.
Et Calliam aiunt iſtum
Satum patre Hippobino
Cunnum, leoninam apte amictum, fortiter
Ceu prælio nauali
Et ſtrenuè expugnare.
Bac. Proinde dicere nobis
Poteſtis, hic ubi Pluton
Sedes habet ſuas, nam
Nos huc modo aduecti ſumus planè hoſpites.
Cho. Ne longius contendas,
Neu me amplius rogato.
Sed noueris [a] ueniſſe te ipſas ad fores.
Bac. Rurſum puer iam ſubleua iſta ſtragula.
Xan. Hoc quidnam erat negoti?
Cho. Quidnam: niſi Corinthus [b] Iouis in his ſtragulis.
Concedite nunc ad ſacrum Deæ uos circulum
In nemus alacres uer-
Nans floribus, cum luſibus,
Quibus amœna feſti
Communicatio eſt pij.
Bac. At ego interim cum fœminis
Et cum puellarum grege
Contendo eò, cubant ubi
Noctes Deæ totas, pius
Sacrum iubar ut portem.
Cho. Vadamus in prata herbida,
Et florida, & fragrantia
Florum uarijs odoribus,
Meo ueteri chori
Ritu placidiſsimo
Ludendo iterum modo,

mortui cũ laude & gloria condebantur publice. Siue quod ijs, qui bello perierant, ſepulchra publice deſtinata eſſent. Porro, quod pilos eum vellere dicit, notat mollitiem hominis.

a Veniſſe parœmia, ipſum oſtij limẽ attigiſti. quoties ſignificam9 nos ad rẽ ipſam perueniſſe.

b Iouis Cori. interpres docet parœmiam quadrare in eos, qui eadem dicunt & faciunt.

Parcæ beatæ quem, & bonæ
Huc colligunt fœliciter.
Nobis enim ſol aureus,
Solis iubarq́; eſt candidum,
Quotcunq; ſumus ſacri, &
Morem colimus pium,
Tum in hoſpites, tum in noſtros hos populares.
Bac. Age quo modo, dic quo modo iſtam ianuam
Pulſabo? quo modo indigenæ hic pulſant fores?
Xan. Hic nequid hæreas, ſed has guſta fores,
Atq; experire, nempe qui faſtum Herculis,
Roburq́; animi generoſi habitumq́; maximè
Præ te fers. Bac. Heus heus puer, puer. AEa. Quis hic?
Bac. Fortiſſimus ipſus Hercules. AEa. Scelesſte tu.
Et impudens, audaxq́;, & impure, undiq;
Impure, etiam impuriſſime, qui noſtrum canem
Hinc Cerberum modò uinculis abduxeris,
Collo ligatum obuerſo, & inde aufugeris
Rapto potitus, quem quidem ego ſeruaueram.
At nunc [a] *medius tenere: namq́; eiuſmodi*
Et tam Stygis prærupta petra. & aſpera.
Acheruſiusq́; ſcopulus, undiq; ſanguine
Atro fluens, te præſidio cuſtodiunt,
Circumq́; curſantes canes moloſſici
Hæc ſtagna Cocyti. iam Echidna centiceps,
Quæ perdet inteſtina tua, atq; uiſcera
Laniabit. ad hæc pulmonem etiam ipſum diſtrahet
[b] *Tarteſia muræna hic: ſed & renes tuos*
Tinctos rubenti ſanguine cum interioribus
Ipſis cruentæ, & Gorgones [c] *Tithraſiæ,*
Diſcerpere nunquam deſinent: ad quas pedem
Rectà hinc mouebo cum impetu quàm ocyſſimè.
Xan. Heus tu quid egiſti? Bac. Cacaui: at tu [d] *deum*
Accerſe. Xan. Ridiculum caput, ſurge ocyus

a Medius teneris. de eo qui ſic tenetur, vt nulla ratione ſe extricare poſſit. Ab Athletis ducta metaphora.

b Tarteſſia, magna, terribilis: vt Tarteſiam ſe lem, prægrandem & ridiculâ dicere ſolemus. Tarteſus ſiue Tarteſſus ciuitas eſt in Iberia. Itaq; Tarteſiam Murænam, dæmonem terribilem.

c Tithraſię. a gente Attica mala, & aſpera. Eſtq́; nominata a Tithrante filio Pandionis. Eſt & Tithraſius locus in Libya, vbi Gorgones habitarunt.

d Deum acceſſ. in Lenæis daduchus, qui geſtabat lampadem, dicere ſolebat, vocate Deum. Reliqui id audiētes vociferabantur. Semeleie Iacche, diuitiarum dator. Et ſacris operaturi, iubebantur vocare deū. Item qui in grauia mala incidiſſent, Deum auxilio votis inuocare ſolebant. Oſtendit hoc loco Bacchum non eſſe deum, vt in Comœdiis inducitur.

Priuſquam

Priuſquam aliquis uideat te alienum accedere.
Bac. *Expalleo totus, ſed ad cor ſpongiam*
Huc admoue meum. Xan. *Accipe, en.* Bac. *Appone.* [a] *ubi*
eſt?
Xan. *O dij aurei. hic, hic* [b] *cor habes.* Bac. *Perterritum,*
Nam uentrem in imum ſerpſit. Xan. *O timidiſsime*
Hominum, & Deorum. Bac. *Egon' ſ timidus* [c] *quonam*
modo
Tandem obſecro, qui abs te popoſci ſpongiam?
Nam nemo alius hæc præſtitit, ne uir quidem.
Xan. *Qui dum?* Bac. *Siquidem eſſet timidus, olfaceret*
[d] *iacens.*
Ego in pedes me ſuſtuli, abſterſiq; ad hæc.
Xan. *Neptune, uiro digna audio.* Bac. *Sic arbitror*
Quoq; per Iouem. at tu non trepidabas obſecro ad
Strepitumq; uerborum, & minas? Xan. *Non per Iouem.*
Non tantulum curaui equidem Bac. *Age, quando tu*
Faſtu tumes, quod ſis animo me excelſior.
Sis tu, quod ego ſim: clauam accipe hanc, pellem & ſimul
Iſtam leoninam, ſiquidem intrepidus fies.
Et ego uiciſsim humeris feram iſtas ſarcinas.
Xan. *Porta ocyus ergo iſtas:* [e] *minime iam enim: tibi eſt*
Verum fides habenda: & hic nunc reſpice
Iſtum Hercule Xanthiam, num ero timidus. inſolens
Vt tu, interim ac ſuperbior. Bac. *Non per Iouem,*
At non [f] *Melites re uera eris* [g] *maſtigia.*
Agedum, ego nunc contollo iam iſtas ſtragulas
Fam. *Chariſsime Hercules ades: ingredere huc. Dea*
Simulatq; te audijt aduenire, pinſuit
Extemplo panes, & legumenum duas,
Ollas [h] *fabarum treisue diſpoſuit foco.*
Et integrum ad prunas bouem coxit. ſed &
Placentulas aſſauit, atq; [i] *collabos.*
Quin intro cõcede. Xan. [l] *Optimè laudo.* Fam. *Haud ego*

a Vbi eſt. metu exanimatus rogat vbi ſit cor ſuum.
b Hic cor. vbi manum admouebas, circa podicem nempe. Nam Bacchus Xanthię manũ podici apponit. Hic viciſſim ad mouẽdũ riſum, ſpongiam ſuper genitalia ponit.
c Quonam mo Admiror, inq̃t Bacchus, hoc, quoniam alius non popoſciſſet abs te ſpongiã, ſed tacuiſſet. Timidi enim eſt proprium tacere, non loqui.
d Iacens. qui metu exanimantur, odoratu morbum fugãt. morbus eñ ipſis ex corde naſcitur.
e Minime. nequaquam debes, inquit, ſed & dare, vt tibi credam. quod promittas te mihi eas traditurum.
f Melites. hoc eſt, Hercules Melitæus. Melite Atticę populus eſt, apud quos Hercules paruis myſterijs initiatus fuit. Erat hic eius fanũ, Melite dicta fuit, a nympha Melite, cum qua rem habuerat.
g Maſtigia. verbero, tãquam ſeruus, qui Herculis habitum per manus acceperat.
h Fabar. Hercules fabis impendio delectabatur. Eſtq; interpretatio leguminum.
i Collab. ſunt clauiculi in cythara quibus fides remittuntur, & intenduntur, a quorum ſimilitudine collabus panis ſpecies eſt. Alijs placentæ quadrangulæ ſpecies eſt, aut minuti panis.
l Optime. Veteres quo-

Te, non per Apollinem uenientem ſpreuero.
Lixabat auiculas,ſed & bellaria
Torrebat,ex amygdalis miſcebat,&
Vua placentam paſſa etiam dulciſſimam.
Mecũ intrò quin concede. Xan. *Næ pulchrè admodum.*
Bac. [a] *Nugas agis,non te faciam miſſum.* Fam. *Tibi*
Atqui intus eſt pulcherrima hic tibicina,
Cum alijs duabus,aut tribus ſcitiſſimis
[b] *Orcheſtridibus.* Xan. *Quid prædicas,orcheſtrides?*
Fam. *Quæ pubeant primam,uegetaq́; floreant*
Aetate.quæ ſint uulſæ adeò nuperrimè.
Quin ingredere.nam fruſtra piſcium coquus
[c] *Diuidere uolebat:menſa etiam illata fuerat.*
Xan. *Age nuncia primum omnium* [d] *tibicinis*
His,intus eſſe quas ais,me iam ingredi.
Heus ſequere puer hac,qui feras has ſarcinas.
Bac. *Heus* [e] *ſiſte ſerio accipe,quod te Herculem*
Feci modò,per riſum iocumq́;:non:caue
Nugas agas ô Xanthia,quin tu ſtragulas
Suſtolle iterum,ac porta. Xan. *Quid agis:an cogitas*
Auferre rurſum,quas dederis mihi ſtragulas?
Bac. *Non forſitan,ſed iam facio.pellem ocyus*
Depone. Xan. *Ego atteſtor,dijsq́; iniuriam*
Committo. Bac. *Qualibus dijs:non admodum*
Vanum foret,abſurdumq́;,cum ſeruus ſies
Malè perditus,& mortalis,audere inſuper
Sperare te Alcmenæ eſſe magnum filium?
Xan. *Fœliciter habe iſthæc,etenim forſitan*
Cùm uoluerit Deus,breui egueris mei.
Cho. *At uiri eſt prudentis illud*
Atq; cordati,boniq́;,
Plurimum eſt cui nauigatum,ut
Semper [f] *ad fœliciorem*
Cautus inflectat ſe murum,

cles deprecabãtur quidpiam,optime laudo,dicebant,aut etiã petebãt.

a Nugas. retinet Xanthiam, non permittens ingredi cum famula Perſephones.

b Orch.ſaltatricibus.

Vulſæ. interpres hunc locum ita exponit.Hinc liquere,quod euellerent pudenda muliebria : ita enim olim nudabantur a fœmininis vel vulſis pilis in fronte, ſiue ſuperciliis.

c Diuid. vel ſuffurari, incidere, cõtũdere:tam varie reddit interpres.

d Tibic. Eraſ. legit ſaltatricibus.

e Siſte. Detinet Bacchus Xanthiam.

f Ad fœlic.pa.parœmia de iis, qui ſemper ratione commodi ad potenciores opes confugiunt.

Rectius,

Rectius, quam ut ad pictam
Hæreat tabellam, & unam
Formam aliquam habeat, & inclinet
Ad magis refractum: id eſt
Et uiri cati, & cui ingenium eſt uel [a] *Therammenis.*
Bac. Non erat riſu dignum, quod
Xanthias ſeruus uolutus
[b] *Stragulis Mileſijs,*
Cum agitaſſet improbus puellam or-
cheſtridem, popoſcit matellam.
Porrò ego obtuens ipſum,
Mentulam eius appræhendi.
Ille autem, nempe ut uerſutus
Calliduſq;, ſenſit. malam
Et meam cecidit pugno, ac refregit [c] *choros omnes*
Anteriores.
Cau. Platane, Platane, huc iſte uenit improbus,
Qui ingreſſus hoſpitium uorauit ſedecim
Panes mihi. Pla. Planè ille ipſe ſæuus per Iouem eſt.
Xan. Adeſt malum præſens alicui. Cau. Viginti adhæc
Semiobolûm carnes probè elixas Xan. Dabit.
Pœnas aliquis. Cau. Et plurimum inſuper allij.
Bac. Nugas agis mulier, neq; quidnam prædicas
Noſti ſatis. Pla. Non igitur addebas ad hæc,
Me noſſe te te, qui [d] *cothurnum habeas, probè?*
Cau. Quid? nondum etiam adhuc per Iouem dixi, miſer
Quam piſcium, atq; carnium ſalſarum item
Multum, recentem & caſeum, croceumq; eum,
Quem cum [e] *calathis ipſis uorax glutiuerit.*
Deinde cùm exigerem ab eo pecuniam
Toruum obtuebatur me, & inſuper horridum
Immugiebat. Xan. Huius id opus admodum eſt,
Et hic [f] *modus ubiq;. Cau. Hinc gladium extrahebat, &*
Furere (miſera) uiſus fuit mihi per Iouem.

a Theramme. cauillatur in Therammenem, vt varium, & inconſtantem, & hominem omnium horarũ. Fuit præceptor Iſocratis, Imperator exercitus, & hiſtrio. Hic cum multa in Repub. contra leges iniquiſsime deliquiſſet a triginta tribubus interfectus fuit.

b Strag. Mile. hoc eſt, varijs mollib. Mileſij excelluerũt opere elegãti ſtragularum, vt Mileſia vellera, & lanæ Mileſiæ & tapetes.

c Chor. Omnes dentes labefecit mihi. Alioqui Bacchus hic poëticus chororum præſes eſt.

d Cothur. Cothurnus Bacchi eſt, nõ Herculis.

e Calath. qui adhuc in calathis erat.

f Modus. vorare auide, & nõ perſoluere pretiũ. Hoc Xanthias loquitur, vt mulierculas contra Bacchum concitet.

Pla. Nos ibi duæ metu in tabulatum inſiluimus
Trepidæ illico. ille autem ſtoreis raptis foras
Abibat. Xan. Et hoc ipſum huius eſt opus. at eum
Aliquid decebat perpetrare. Cau. Abi, & huc mihi
Voca [a] Cleonem [b] præſidem, atq; Hyperbolum
Mihi maximè, ſi fueris ei forte obuia.
Vt proteramus peßimè ipſum perditum.
Pla. Faucem ſceleſtam. illos molares ut lubens
Saxo tuos extunderem, hæc [c] onera quibus
Mea deuoraſti helluo. Cau. Et ego te in imum darem
Barathrum decrſum præcipitem. Pla. Guttur tuum
Ego iugularem falce, qua panes, item &
Euulſeris inteſtina. quin concedo iam
Rectà ad Cleonem, qui illi hodie iſthæc exprimat
[d] Accitus, atq; extorqueat pœna graui.
Bac. [e] Male diſpeream, ſi non amo Xanthiam.
Xan. Equidem equidem, noui tuam mentem. ſine
Sine ô loqui, non eſſe poſſum iam Hercules.
Bac. O Xanthule nequaquam. Xan. Atqui ego, qui eſſe filius
Poſſem Alcumenæ, cùm ſiem mortalis, &
Seruus ſimul: Bac. Scio, ſcio, quod ſuccenſeas.
Facis id quidem iuſtè: neq; ſi me cæderes
Reſtiterem te. at ſi [f] aſſeruero in poſterum
Te, funditus ipſe, & uxor, atq; filius
Tum diſpereamus, & [g] Archedemus lippus hic.
Xan. Hoc capeſſo iuramentum. & accipio hoc id, ut potis.
Bac. Nunc tuum eſt, ubi ornatum hunc tu
Induiſti, quem geſtaſti
Ab initio, iterum teipſum
Induere noua iuuenta,
Atq; rurſus obtueri
Toruum, ut & memor Dei

a Cleonem. Coriarium dicit, in quem ſcripſit equites. Defunctus fuerit vita, cum iſta ſcriberet. In Hyperbolum Eupolis Maricā ediderat.

b Præſ. ſiue adiutorem in bello, tutorem peregrini hominis, & patronum.

c Onera. panes, carnes, caſeos, iuſculenta.

d Accitus in iudicium, tribunal, forū iudiciale.

e Male diſ. perterritus Bacchus fingit ſe amare Xanthiam, vt rurſus nunc in periculo præſenti Herculis perſonā induat.

f Aſſerue. in libertatem vindicauero.

g Arched. Aiunt hunc lippis fuiſſe oculis, & Eludis.

ſis, cui

Sis,cui teipſum aßimilas.
Sed ſi paululum depræ̃daris
[a] *In delirio,molle*
Fuderis uel quidpiam,
Rurſus haſce cogeris tollere demum tum ſtragulas.
Xan. Non malè ô uiri admonetis,at
Ipſe iam dudum ſatis per
Me reuoluo.ſi boni quid ſit,
Probè noui,quod iſtud à
Me laborabit auferre.
Attamen uirum me fortem.
Robore animi exhibebo iam,
Et tuentem [b] *origanum.*
Oportere uidetur ſed crepant fores,audio,
AEa. Heus ocyus hunc uincite,qui furto abſtulit
Noſtrum canem,ut pœnam luat.expedite uos.
Bac. Præſens adeſt alicui malum.
Xan. Non ibitis ad coruos?cauete accedere huc.
AEa. Eſto & cies pugnam?ehò,Ditylas,ehò
Tu Sceblyas,& Pardocas,
Huc huc adeſte,& fortiter laceßite
Cum hoc prælium. Bac. Nònne intolleranda hæc ipſa ſunt?
Etiam hunc aliena ſurripientem cædere?
Xan. Ingentia. AEa. Indigna,intolleranda〈que〉. Xan. Atqui ego
Si per Iouem unquam hunc uenerim,cupio emori.
Aut ſi tuorum quidpiam,quod uel ſiet
[c] *Pili æſtimandum,hinc abſtuli.*
Edam tibi argumentum adeo optimum modo.
Torque [d] *puerum arreptum hunc, ſiquidem unquam inueneris*
Iniuria affeciſſe me,me occidito.
AEa. Ecquo modo torqueo? Xan. Modis certè omnibus.
Scalo

a In del. aliquid abiectū aut humile feceris, neq; Herculis apparatu dignum.

b Orig. toruum, a naturali plantæ eius auſteritate.

c Pilo digni. a Græcis prouerbialiter dicũtur, qui nulla re digni ſunt.
d Puerum. Bacchũ miniſtrum dicit.

Scalæ alliga, ſuſpende, cæde, uerbera
Diris flagellis, excoria, atq; arctiſſimè
Vincito, acetum infunde mordax naribus,
Impone lateres, cæteraq; alia omnia.

a Porro nã liberi prius cędebātur allio &porro.

Tantummodo [a] porro hunc caueto uerberes,
Et allio uiridi, ac nouo.
AEa. Oratio proba. at ſi, puerum dum uerbero,
Luxauero, uel contudero tibi quidpiam,
Pecunia iacebit tibi? Xan. Minimè mihi
Abductum ad hunc modum excute quæſtionibus.

b At tu. Minatur Baccho.
c Mendac. hic locus nõ admittit mēdacia, quippe in quo omnia ſunt iudicia.
d Inquam. vehemēter incandeſcēti animo hoc dictum eſt.

AEa. [b] At tu (tibi ut in oculis loquatur) ocyus
Depone iſtas ſarcinas: [c] mendacium hic
Ne ullum efferas. Bac. Atqui, [d] inquam ego
Alicui, minimè explorare quæſtionibus
Debere me, immortalis ut qui ſim Deus.
Sin minus, age tu teipſum reum. AEa. Quid prædicas?
Bac. Quod Bacchus immortalis, inquam, filius
Siem Iouis, uerum hunc quidem ſeruum. AEa. Hæccine
Audis? Xan. Etiam: multo at magis cædendus eſt.
Siquidem eſt enim Deus, nihil iam ſentiet.
Bac. Proin, quoniam & tute Deum eſſe prædicas
Cur non paribus mulctere plagis mecum? Xan. Ita
Iuſtè, & probè narras, Proinde utrum prius
Noſtrum uideas ſub uerberibus lacrymarier,
Inter uapulandum aut quidpiam curantem, eum
Non eſſe Deum perſuaſum habe. AEa. Tu non potes
Non eſſe uir præclarus: æquum poſtulas.
Exuimini ergo. Xan. Quo modo nos punies
Iure? AEa. Facile uerbera uerberibus dira ingerens
In utrunq;. Xan. Bellè dicis. ecce periculum
Fac, num uideas me uel ſemel mouerier.
AEa. Nunc uerberaui te. Xan. Minimè tu per Iouem.
AEa. Ac ne mihi quidem uideris. tranſeo
Quin nunc ad iſtum, & uerberabo. Bac. Quandonam?

AEa. At uerberaui equidem. Bac. Ergo ſternutatio
Cur ne quidem eſt à me ædita? AEa. Haud ſat id ſcio.
Quin hunc iterum experiar. Xan. Quid autē ocyßimè
Non expedis? heu heu. AEa. Quid iſtud heu ſibi
Vult? an doluiſti? Xan. Per Iouem uerò, nihil.
At cogitabam ſedulò, potißimum
Quando in [a] Diomeis Herculea ſunt orgia.
AEa. Homo ſacer, & diuinus. huc quin rurſus eſt
Eundum. Bac. At heu, heu. AEa. Hoc quid eſt? Bac. Video equites.
AEa. Quid ergo lacrymare? Bac. [b] Olfacio cepas. AEa. Nihil
Proinde curas? Bac. Prorſus nihil. AEa. Ad hunc rurſus eſt
Eundum. Xan. Ehei mihi AEa. Quid eſt iſthuc rei.
Xan. Hanc extrahe [c] ſpinam mihi. AEa. Sed hoc negotij
Quid eſt? ſed redeundum rurſus eſt (ut uideo) ad hunc.
Bac. O Phœbe [d] Apollo, Delon altam, qui tenes,
Pythonáue. Xan. Doluit, audiſtin'? Bac. Haud ego
Equidem: nam [e] Iambum animo repetebam ſedulò
Ipſius Hipponactis. Xan. Haud quicquam geris.
Quin ilia cæde, & latera. AEa. Minimè per Iouem.
Verum mihi nunc præbeto uentrem ſcilicet
Bac. [f] Neptune. Xan. Quiſnam doluit?
Bac. Qui maris regis ſumma AEgæi, & Glauces
Salis in imo.
AEa. Ego per Cererem nequeo ſatis dinoſcere
Vter deus ueſtrum ſiet. at ingredimini.
Namq; ipſe herus, & Proſerpina, ut & ipſi qui dij
Sunt, uos citò dinoſcent modo.
Bac. Dicis probe. iſtud ipſum uolui ſciiſſe te,
Quàm uerbera acciperem, prius.
Cho. Sacri Muſa chori deſcende, &
Ad cantus carminis hos dulces

a Diomeis. gens tribus Aegnidis, a quodā Diomo, quē adamabat Hercules. Ibi eſt Herculeū.

b Cepas olfa. aut edere, prouerbiali ioco dicuntur, qui lacrymari uidentur.

c Spinam. Sublato pede calcem oſtendit.

d Apollo. Bacchus ſentiens verbera, ſimulat ſe canere. Qui dolēt ſolēt diuos implorare.

e Iamb. Præ nimio dolore cōfuſus neſcit quid dicit. Nō enim Hipponactis, ſed Ananiæ eſt.

f Neptu. Qui ma. Ex Sophocle ſumpta ſunt iſta.

Ades huc, populi uiſura frequentem ultrò
Turbam, ubi ſunt mille nomina urbis
Sapientiæ, & hæc [a] *Cleophonte quidem*
Splendidiora. in
Quo [b] *Threicea ore loquax*
Horridulum reſonat
In barbarico reſidens ſolio
Sedulò [c] *hirundo.*
Stridet lacrymabile [d] *aëdonio*
Ritu, ut perit, & ſi
Calculi [e] *pares ſint.*
Semi. Rectum eſt, ut chorus ſacer hic moneat ciues, commoda
Quæq; ſint doceat. igitur ita nobis uidetur, ut
Inter ipſos, ciuium ſit uel [f] *æqualitas: metus*
E medio hinc auferatur, omnis & [g] *pauor malus.*
Si per errorem aliquis uſpiam lapſus admiſerit
Quidpiam in Phrynichi luctis, eſſe par, ut turpiter
Per id tempus labaſcentibus, expoſita publicè
Cauſſa, iis, inquam, remittantur prius delicta, & hæc
Noxa: deinde decere, inquam, neminem in Republica
Eſſe notatum, uel [h] *ærarium abiectum infamia.*
Turpe namq; eſt, eos, qui pugnauerint hic prælio
Vel diem unum fortè nauali, illicò Platæenſium
Iure cenſeri, atq; heros [i] *ex mancipiis dicier.*
Et hoc quidem haud eſt profectò, quo minus pulchrum quoq;
Eſſe dicam, ut ſimul laudibus ueham pulcherrimis.
Namq; ea uti cordata geſſiſtis una. porrò ad hæc
Eſſe duco æquum, ut ipſi uos [l] *patribus, & affinibus*
Multa bella naualia, qui uobiſcum geſſerint
Vnum adeo euentum hodie hunc uelitis concedere.
Quin uiri ô ſapientiſſimi indole inſita, truci hoc
Remiſſo furore lubentes uolentesq; inde iam

a Cleophon. Dux, exercitus fuit apud Athenienſes in quẽ Plato drama edidit. Notatur q̃d peregrinus Thrax, & nugator magnus.
b Thracia hirũdo. perſtringit eum, quod barbarus fuerit, filius Thraiſſæ cuiuſdam, & ipſe caſcarius.
c Hirund. ruditus, & futilis loquacitas.
d Aëdo. luſciniæ, quod hæc auis filiũ ſuum lugeat. Luctuoſam canere dicit, quod ſibi conſcia circa vrbem facinus perpetraſſet, in Ity filio necando.
e Pares. paria ſuffragia. quando calculi & candidi, & nigri pares ſunt, abſoluitur reus.
f Aequal. hoc eſt, vt infamia notatos probro omni, & ignominia eximamus. In eo in ſtatu Reipub. quidam exules fuerant facti, & infamia notati. Si quis bello male rem geſſiſſet, vocatus cauſſam dicere cogebatur, id quod quatuor ducibus acciderat.
g Pauorem. ignominiã dicit. Phrynichi luctas vocat, quarum tragicus ille meminit in fabula Antæo.
h Aerarium. ciuem qui a muneribus publicis excluſus eſt.
i Ex mancip. nã ſeruos qui nauali certamine ſtrennuam operam nauaſſent, libertate donarant, & in ciuitatem adſcripſerant, vt ſicut Platæenſes, vna Rempub. gererent. Ad Salaminẽ nauali certamine ſic fuit pugnatum.

Quantum

Quantum hominum eſt, propinquos, & fauentes adiungere
Sedulò nobis ſtudeamus, integra tum uiros
Conditione, tum ciues ſtrennuos ad prælium.
Sed & quicunq; auxilijs iuuerit naualibus
Prælijs nos fortiter.
Si inſolentius inſuper [a] *intumeſcimus, turpè ob hæc*
Gloriamurq;, temporibus [b] *poſteris iſthæc male,*
Et urbem in ulnis iterum fluctuum amplexi, nihil
Ne quidem uidebimur tunc ſapere fracti prælijs.
[c] *Si ego modò ipſe nunc uiri propius*
Diſpicere uitam, atq; mores ualeam,
Qui adhuc flebit, tum neq; ſimius
Ille Cligenes [d] *puſillus quidem,*
Cuncta qui nunc miſcet, malè perditus
Balneator, hærebit hic diu,
[e] *Quiq; cineri mixto imperant,*
Pulueriq; uitiati
Nitri, ſed & terræ
[f] *Cimoliæ.*
Et cùm ſciat hæc, [g] *quieſcit nunquam etiam,*
Ne dimiſſus ſine fuſte abeat
Probè ebrius.
[h] *Sæpenumero in ciuitate mihi uiſum eſt hac idem*
Et probis, & ſtrennuis ciuibus uſu euenire, quod
Et nomiſmati ueteri, & auro nouo. his, perinde nam
Quaſi ſient corrupta, uel fucata, non autem optimis
Omnium nomiſmatum, (uelut uidetur) & quæ ſient
Vna ſinceriſsimè percuſſa, diligenter &
Probata, tum per omnem Græciam, tum gentium
Vbiq; inter barbaros, planiſsimè, inquam, haud utimur.
Sed malis & æreis his, quæq; heri percuſſa ſunt,
Atq; item nuper, [i] *monetæ peſsimæ. ſic ciuium*
Quos bene nouimus natos, atq; prudentes uiros,

[f] Patribus. Fortaſſe de quatuor ducibus loquitur, qui ad arginuſam nauali prælio victi, & ſeruati fuerãt inter eos decem. Condemnati erant quod mortuos nõ abſtuliſſent. Sex capitali ſupplicio affectis, quatuor fuga euaſerãt, quos poëta debere reuocari dicit, & eſſe epidicos. Athenienſes prelio Lacedæmonijs ſuperiores erant: inter redeundum in via magna tempeſtas coorta multos grauiter afflixit. Quibus relictis duces domum rediere decem: quorũ quatuor fuga dila. ſis, ſex capite plexi fuere.

a Intumeſc. ſi vt magna delicta noluerimus ſocijs ignoſcere, inſoleſcemus In vlnis. Alluſũ ad illud Aeſchyli, animas habent in vlnis fluctuũ.

b Poſter. cum male res fuerint geſtæ bello.

c Si ego modo. Illud Iouis aut œnei eſt, ex Phœnice. Vult itaq; dicere, ſi quid ego poſſum diiudicare, lugebit quia puniendus eſt.

d Puſillus. corpore videlicet peregrinus & barbarus, in ciuilibus verſabatur negotijs.

e Quiq; ci. Dixiſſet, quĩ terræ huius potiuntur, & imperium tenẽt. Sed intulit, quæ ſmegmata lauãtibus balneator præbet.

f Cimolia. vna Cycladum eſt, nitri fœcunda, ſiue potius Erythrienſium Ioniæ promontoriũ gignens arenã ſtipticã. his moribus. Cligenem eſſe indicat, quaſi

Bonos, honeſtos, & æquos, in palæſtris, muſicâ,
Et choris uſq; nutritos, barbarice expellimus.
Aereis autem uiciſsim his, & hoſpitibus, [a] *Pyrrhijs*
Que, & malis, maliſq; prognatis, ad omnia utimur,
Vltimi qui fuere exorti, & quibus haud ciuitas
Antea temerè, & facilè uſus eſſet, ut [b] *pharmacis.*
Quin adhuc parum heus bene ſani, agite uerſis moribus
Iam deinceps rurſus utimini hiſce frugi uiris,
Qui omnia ſtrennuè cum uirtute, cum rationeq;
Geſſerint, & [c] *è ligno digno rei ſi quid malæ*
Perferetis per errorem, ferre uiris id probis
Videbimini.
AEa. Næ per Iouem [d] *Sotera uir præclarus eſt*
Herus tuus. Xan. Qui autem minus præclarus is,
Tantum coire, & ſtrennuè qui nouerit
Potare? AEa. miror illud apertè interim,
Non uerberaſſe te, criminantem illunc in os,
Et cum ſies ſeruus, ferebas te eſſe herum.
Xan. [e] *Lugere igitur poterat. AEa. Profectò iſtud quidem eſt*
[f] *Seruile, quod modò feceris, quodq; ipſum ego*
Quoq; gaudeo facere. Xan. Obſecrò gaudes quoq;?
AEa. Quoties maledico hero meo clàm, epularier
Videor mihi. Xan. Quid? murmuránſne abis foras,
Plagas ſimulatq; acceperis multas precor?
AEa. Et tunc uoluptatem capio. Xan. Quid? perditus
Multis [g] *negotijs? AEa. Equidem iſthuc per Iouem*
Ego neſcio admodum. Xan. [h] *Homognie Iuppiter,*
Etiâmne obaudiens heris loquentibus?
AEa. Quid ni? tum etiam plus quàm miſer ipſe inſanio.
Xan. Vel ſi foris obloquaris hæc etiam quibus?
AEa. Non per Iouẽ ego. ſed cùm facio iſthuc, [i] *polluor.*
Xan. O Phœbe Apollo, immittito in me dexteram.
Da, ut oſculer, uiciſsim & oſculare me

Ipſus.

dicet, peſſimũ eũ omniũ mortalium eſſe in ea regione, quam balneatores tenent, hoc eſt, priorem eſſe puluere Cimoliæ, videlicet nitro.

g Quieſcit. quippe armatus ſemper. Affingebat excuſationem inſaniam, cum ſciret omniũ ciuiũ odio ſe obnoxiũ, atq; ob id cum ſcipione incedebat, quo ſe adeuntes repellebat.

h Sæpenu. re aduerbiũ, hoc docet prępoſtera ac peruerſa Athenienſium iudicia, qbus hoc ipſum vſu venerit, quod monetis veteribus. Quemadmodum vetera numiſmata vt optima ſpernimus, & noua mala amplectimur, ita laudatis viris ſenioribus non vtimur, ſed nouis, & improbatis, vt eſt dementia.

i Moue tæ. mali cõmatis, vt eſt Gręcis in prouerbio.

a Pyrrhijs. hoc eſt, ſeruis, & mancipijs. Pyrrhias enĩ ſerui nomẽ eſt.

b Pharmacis. hoc eſt, piaculis, ſterquilinijs, ſacrilegis, ſceleſtis.

c E ligno. De pulchro ligno ſtrangulari, de calamitate tolerabiliori, ſi cum honeſtate fuerit coniuncta.

d Sotera. ſeruatorem.

e Lugere. fugiſſem, ac deſeruiſſem eum.

f Seruile. conuitiari abſentem herum.

g Negotijs. vbi ſat laboraueris ex imperio domini, etiã gaudes murmurare?

h Homognie. cum admiratione ſimilitudinẽ indicat.

Ipſus. ſed hoc mihi per Iouem reſpondeas.
Qui noſter [a] *homomaſtigias eſt, ſed quid quis hic*
Tumultus intus eſt? & ingens clamor hic?
Quod iurgium? AEa. Quod? AEſchyli, & Euripidis.
Xan. Ah AEa. Nam negotium graue inter mortuos
Agitarier cœptum eſt, & ingens admodum
Seditio. Xan. Qua ex re: AEa. Mos tenet hic, & lex uetus,
Vt inter artes, quotquot illic maximæ,
Et liberales ſunt, uir is, qui inter ſuos
Excellat eiuſdem æmulos artis, ibi
[b] *Victum in Prytaneo conſequatur, proximè*
Plutonem habeatq; ſellam. Xan. Id autem intelligo.
AEa. Donec ueniat alius eo artis quiſpiam
Peritior. cui tunc oportet cedere.
Xan. Quid ergo concitauit ad turbam Aeſchylum?
Tantosq; tumultus? AEa. Tragicum is occupauerat
Thronum, ut qui in arte eu facilè primum locum
Teneret. Xan. Et nunc quis? AEa. Simulac deſcenderit
Huc Euripides, ſpectandus hic obiectus eſt
Extemplò graſſatoribus, atq; parietum
Foſſoribus, zonarijs ſectoribus,
Et parricidis, quæ eſt apud inferos frequens
Et maxima turba. hi audientes & ſtrophos,
Et carminum nexus, ſed & contrarias
Se inter rationes, atq; controuerſias,
Cœpere agitare inſania præ gaudio, &
Doctiſsimum iſtum iudicarunt. deinde ibi
Sublatus occupauit extemplò thronum,
In quo Aeſchylus conſederat. Xan. Haud eiectus eſt?
AEa. Non per Iouem, uerum populus reuocabat hoc
In iudicium, uti alteri præſtaret in
Arte, & quidem clamore quanto maximo.
Xan. Illéne ueteratorum omnium. AEa. Sic per Iouem

i Polluor. ſic dicebant ſemen emittere, vt in ſomnis ſomniantes faciunt, quaſi dicat, ſic oblector, vt illi, q per ſomnium ſemen fundunt.

a Homomaſt. quaſi dicas, conuerbero, & conſeruus. Nam ſerui verberibus & plagis ſunt ſubiecti. Itaq; eū interrogaturus de ſeruili aliquo negotio, ſtrepitu intus audito, ſubticet.

b Victum. hūc morem ex Attica ad Rempub. inferorum accommodauit.

Quātū poterat, ſuperûm. Xan. Aderántne alia Aeſchylo
Auxilia? AEa. Rarum illic, uelut hic, uiget bonum.
Xan. Proinde quid Pluto facere ipſe inſtituit hic?
AEa. Certamen illico, iudiciumq́; indixit is,
Et inter eos examen artis. Xan. Deinde cur
Non occupauit & Sophocles ipſus thronum?
AEa. Non per Iouem ille quidem, ſed ubi deſcenderet,
Dabat oſculum Aeſchylo, & inijciebat dexteram,
[a] Et ille tradidit ei thronum, occupabit &
Primariam ſellam iam, ut ait [b] Clidemides.
Et ſi Aeſchylus tum uicerit, in ſuo loco, in
Quo ſederat, relinqueret. ſed ſi minus,
Tunc de arte cum ipſo, aiebat, inde Euripide
Contenderet. Xan. Ecquidnam rei ad poſtræmum erit?
AEa. Hæc per Iouem poſt paululum hic grauiſſima
Et ſeria agitabuntur. at poëtica
In lance iuſta ſedulò librabitur.

a Et ille. Non quaſi vero Aeſchylus traderet ei thronum, ſe exceperit eum, & ceſſerit, inquit Calliſtratus.

b Clidemiden. Sophoclis filius is fuit, vt Calliſtratus: Apollonius ait eum Sophoclis hiſtrionem fuiſſe. Hunc vt inhoſpitalem criminatur.

Xan. Quid? num tragœdiam ad trutinam, & [c] iugum trahent?
AEa. Promentq́; regulas, [d] cubitosq́; carminum,
Lateresq́; compactos coagmentare erit,
Cuneos, diametrosq́;. ipſe uerè Euripides
Promittit excuſſurum ad unguem pollicis
Tragœdias ſe ad uerbum. Xan. Opinor Aeſchylum
Ferre id granatè. AEa. Itaq́; ore prono [e] tauricum
Is contuebatur. Xan. Quis iſthæc poſtea
Dijudicabit. AEa. Iſtud erat negotij,
Difficilis. inopiam ſapientum maximam, &
Doctorum hominum iam repperiebant: non enim
Cum Athenienſibus uel ipſis Aeſchylo
Sat congruebat. Xan. Hos putabat
[f] Fures, domos qui ſuffodiunt, quàm plurimos.
AEa. Nugas & alia ducebat ipſemet mera,
Vt quis poëtarum ſciat præſtantium

c Iugum. ſignum tranſuerſum in libra, vnde vtrinq; depēdent lauces.

d Cubit. eodem cubito, eadē regula, eadē menſura, prouerbialiter dicuntur.

e Taur. pro eo quod eſt, toruum tuebatur.

f Fures. qui Euripidis ſtudioſi eſſent.

g Alia, hoc eſt, alios, Athenienſ. ducebat prudentes, ſed maximā partem malos, & indoctos, quamobrem noluit illis permittere iudicium. Alios homines ducebat nugas quod ad huiuſmodi cenſuram,

Callere naturas ſub hæc herum tuum
Eſſe arbitrum uoluere, permiſereq; rem ei.
Vt qui artis illius eſſet & ipſe peritior.
Quin intrò concedamus:[a] ubi ſtudioſe enim
Aliquid heri actitauerint, nobis uti
Lachrymarier acerbiſsimè liceat quidem.
Cho.[b] Iram certè magnitonans
Sænam premet alta
Mente, ſimul modo uiderit hunc
Flantem quid acutum,
Dentes cum æmulis[c] exacuat.
Tunc porrò oculi pra
Triſti mania tur-
babuntur grauiter nimium.
[d] Verborum ſublimium erunt
Certamina magna,
Et uario ornatu exculta.
Diſcrimine planæ
[e] Quiſquiliæ, atq; polita operum
Vlciſcentis ſe
Summo Marte uiri.
[f] Verba tum hominis ardua.
Valet ingenio qui.
Horrens pilis ſeticomis
Ceruice hirſuta
[g] Torua ſupercilium ſimulac
Contraxerit,[h] im-
mania fundet uerba fremens
[i] Solida, ut tabulata
Ratium conuellens
Spiritu fero ac truci.
Poſthæc inſignis rabula
Numerorum, lingua
Lubrica, tritaq; cum moneat

a Vbi ſtud. cum domini aliquid ſtudioſe curant, iubentq; confici, ſeruos caſtigant, & increpant, vt tanto ocyus operentur.
b Iram. Aeſchylus ad fulmina & ſtridorem verborum.
c Exacu. ducta metapho. a porcis quoties ſe ad pugnam inſtruunt.

d Verborum. Aeſchyli propter pondus & ſublimitatē. Deſcribit vtrāq; perſonam Aeſchyli, & Euripidis.

e Quiſquilias. irritationes & iniurias vocat.

f Verba tū ho. Aeſchyli. Græce verbis Aeſchyli vtitur ampulloſis, & ſeſquipedalibus.

g Torua. vbi cœperit ſupercilium torue contrahere, argumentum erit iræ.
h Immania. pro immane, ſiue immaniter.
i Solida. auſtera, aſpera, crepitum reddentia, vt nauium aſſeres, & tabulæ ſiccatæ, quæ magna tempeſtate vi fluctus decumani euelluntur.

Verſetq; odioſas
Acris habenas,uerba [a] *ſecans*
Ingentem pulmonis,de
[b] *Rebus tenuibus,ac friuolis,*
Magno conatu
Diſputans,[c] *laborem ibi*
Vehemens agitabit.
Eur.[d] *Thronum minimè deſeruero:mone as,caue.*
Hoc me autumo præſtantiorem in arte enim
Eſſe.Bac.Aeſchyle,quid autem taces?[e] *uerba accipis*
Huius.Eur.[f] *Superbit contumax primum,uelut*
Ferè in tragœdijs,iterum.Bac.Infœlix, nimis
[g] *Spirare noli grandia.*
Eur. Noui hunc equidem, ac perſpexi etiam iam olim uelut
Agreſtem hominem,prompto [h] *ore,fidenti ac nimis,*
Intemperanti,infreni,& abſq; ianua,&
Sine foribus.finem blaterandi qui neq;
Faciat,profarier bene qui neq; nouerit,
Duris,& aſperis qui ſcateat uocabulis.
Aeſ.[i] *Arualis ô fili deæ,profectò tu,*
Qui multa faceta dicta promptus colligis,
Obliquaq; contorques,uariaq; tum [l] *pauperum,*
Fictorq; mendicabulorum,ueſtiens
[m] *Centonibus te aliorum,alioſq; conſuens*
Tritis tunicis,non cum uoluptate hæc mihi
Dices.Bac.Sine Aeſchyle,ne ad rabiem uſq; uiſcera
Ira ac furore accenderis.Aeſ.Non Hercule,
Niſi liquido hinc,qui fingere [n] *claudos nouerit,*
Cuiuſmodi aggredi audeat inſolens, ſtatim
Depinxero.Bac.[o] *Agnam,agnam nigrã puer effer huc,*
[p] *Typhon enim ſe effundere horrendus parat.*
Aeſ.Qui [q] *Creticas ô colligis monodias,*
Tum autem qui in artem iniquus infers [r] *nuptias*

a Secans. diuidens verba Aeſchyli.
b Rebus tenuib.Euripides ſubtiliter excutiet Aeſchyli leptolegiam.
c laborem ingentẽ pul. eiuſmodi enim verba cum magno conatu effunduntur.
d Thro. Coronis rurſum exeuntium perſonarum.
e Verba ac.quod ſellam primariam non conceſſurus ſit?
f Superbit. ſolebat Aeſchylus theatrũ ingreſſus vt plurimum tacere.
g Spirare.de magniloquentia & iactantia, qđ Nemeſis eam non ſinit impunitam.
h Os infres. vocare ſolemus, petulans & maledicum.
i Arualis. mater enim Euripidis olera vẽdidit.
l Pauperum. Telephũ Myſorum regem mendicum in tragœdia introduxit.
m Centonib. qui conſucas reiculas in tragœdijs reges induit : ſiue quod alios poëtas compilarit,& eorum ſententias pro ſuis vſurparit.
n Claud. propter tres in tragœdia . Bellerophontem, Philoctetem, & Telephum.
o Agnã agnã. deſinente enim procella Typhoni agnam ſacrificari mos erat.Hinc apud Verg.in g. Nigram hyemi pecudem, & tempeſtatibus agnam.
p Typhon.procelloſus ventus eſt, de Aeſchyli grandiloquẽtia loqtur.
q Creti mo In Cretenſibus em̃ Icarũ ſeorſim a ſcena lugubrẽ cantũ proferente facit Id em̃ ſignat monodia.
r Nuptias nef. Idem in Cretẽſ.Acropen ꝑ ſcorto ſe exponentẽ finxit, ſiue quod Phædra Hippolytum adamarit, Siue ob deformem Paſiphaës concubitũ cũ Tauro,&c.

Neſarias. Bac. Heus parce uenerande Aeſchyle
A grandinibus. tu te é medio, ex pedibus procul
Auferto, ſi infœlix ſapias, Euripides.
Ne grandiori dictione tempora
Tua feriat, effundens per iram [a] *Telephon.*
At tu nihil coargue per iram Aeſchyle.
Sed leniter, & coarguere uiciſsim, at haud
Viros decet conuitiari acerbius
Se inter, poëtas, uenditrices ſicuti
Panarias. at tu ſtatim uſta ilex uelut
Clamas. Eu. Et ego equidem paratus ſum, neq;
Mordere tergiuerſor, huic morderier
Si placuerit prius quoq; uerba, carmina, &
Neruos tragœdiæ, ſimulq; per Iouem
Vel Aeolum, uel Peleum, uel Meleagrum,
Adeo uel ipſum Telephum.
Bac. At tu quid autem conſtituis facere Aeſchyle?
Eloquere? Aeſ. Nolui hic quidem contendere.
Quandoquidem ex æquo parum certamen eſt
Nobis. Bac. Quid autem? Aeſ. Nam poëſis mortua haud
Mecum eſt, ſed eſt commortua huic, cur dicere
Poterit, tamen facienda ſunt iſti hæc, ita
Quandoquidem uiſum eſt tibi.
Bac. Age, nunc ferat thus, ac det ignem quiſpiam huc.
Quo ante hæc ſophiſmata fundam ego preces ſupplices,
Pariterq; pro his, ut maximè poëticè
Certamen hoc dijudicare poſsiem.
At uos aliquid Muſis politi carminis
Agite, accinitote candidis.
Cho. Iouis intemeratæ, ac puræ
Muſæ filiolæ
Nouem adeſte, uirûm tenues quæ
Et ſententiolas,

a Teleph. quaſi dicat, cerebrũ. Fuit Telephus Myſorum Rex, Herculis filius, qui aui iuſſu in ſylua expoſitus, & a cerua nutritus fuit, & dono datus regi Myſorũ, pro filio educatus eſt. Poſtea Græcis Troiam petentibus per Myſiam ab Achille vulneratus fuit, neq; vlla ratiõe vulnus curari potuit, niſi haſta Achillis eadẽ iuxta oraculi fidem percuteretur. vnde prouerbiũ, (Telephia vulnera.) Suidas Telephum mendicũ fuiſſe narrat, citatq; locum Ariſtoph. in Nebulis, a quo, quod perã geſtaret, illud natũ fuit, Telephos ex perula.

 Et pectora

Et pectora doctorum cor-
Datûm conſpicitis,
Qui norunt inter ſeſe
Dictis cædere ſe.
Vbi congreſſi fuerint in
Certamen uarium,
Cæcis & acutis dictis,
Verſutis ratio-
Nibus, & luctis inter ſe
Arguuis ualidè
Obiecta re:ellentes, hanc
Ite huc cernere uim
Vtriuſq; oris uehementem
Nimium. date euge iam
Numerorum adeo [a] uerba, ſcobem-
Que, & ſegmina læta
Ad opus, & ad rem age, hoc
Certamen exit ingens
De eruditione iam nunc.
Bac. Nunc uos, priuſquam uerba fiant, quidpiam
Precemini. Aeſ. [b] Ceres meam quæ eduxeris
Mentem, ſacris forem ut tuis myſterijs
Dignus. Bac. Capeſſe tu, atq; thus imponito.
Eur. Pulchrè, [c] nam alij ſunt dij quibus ego ſupplicem.
Bac. Peculiaréſne tibi aliqui ſunt dij, nouum
[d] O comma? Eu. Maximè. Bac. Proinde numina
Propria precare. Eu. Aether, meum qui nutrias
Pectus, meæ tu cardo linguæ, [e] ſyntheſis,
Nareſq; odoræ, da ut diſertè coarguam
Recteq;, quas orationes cæpero, &
Capeſſero cauſſas ſtrennuè.
Cho. Et nos aliquod [f] ſtudium audire
Dicendi à uiris diſertis
Cupimus. ſuper hæc, uiam

a Verba ad Aeſchylũ, ſcobem & ſegmina ad Euripidem ſubtiliter argutantem retulit.

b Ceres. quia gentem Eleuſinius erat Aeſchylus: ſiue quod in Eleuſinijs ſacris Dramara eius edita eſſent. Eſtq; illud Aeſchyli carmen.

c Nam alij. quippe Socraticus fuit Euripides, finxitq; ſibi nouos deos vna cum præceptore.

d O comma nouũ. mala moneta. Græcis parœmiæ loco celebratur.

e Syntheſis, a confeſsis ordiens, & deſinens in id, qđ in quæſtione eſt.

f Studium. Græcus interpres, concinnitatem reddit. Proprie tamen ἐμμέλειαν eſſe dicit ſaltationem tragicã cum carmine, aut cantilenam, quæ ſaltantibus, aut loquentibus accinebatur.

Aeſchyl[us] Eleuſin[ius]
Euripides
κόμμα
ſyntheſis
ἐμμέλεια

Eruditam

a Eruditam. at efferata
Lingua enim eſt utriq;,
Faſtus haud minusq; iiſdem
Intrepidus, nec ſua
Quę mouerierq; ſede
Mentes prorſus ualeant.
Ergo par eſt, donec hic, quid
Elegans atq; elimatum
Dicat,[b] expectare hic iam nos
Rurſus, ut expellet dictis
Ille tetricis eum, qui ad
Diſsipandum eas ſtrophas has
Verborum, ac
Inuolucra multa præ-
cipitet ſe.
Bac. Quàm ocyſsimè dicendum, agè, eſt, ſed attamen polita, &
Ciuilia oportet farier, ut nec imagines meras, nec
Cuiuſmodi alius dixerit.
Eu. Equidem ego, quod attinet ad poëſim, poſterius loquar. nunc
Autem omnium primum, redarguam hunc, ut arrogans, ut
Et præferox, impoſtor & artifex fuit doli omnis,
Quibusq; ſpectatoribus fucis, & artibus, tum
Officijs illuſerit, ſumptis fatuis, ab ipſo
Phrynicho educatis. omnium primum ſedentem ita unum
Finxit aliquem, ut tegeret c Achillem aliquem, Niobénue, ſed ne
Quidem lacrymantes: nec retectam protulit uidendam
Perſonam, uti tragœdiæ colorem, adeo atq; cauſſam.
Bac. Non per Iouem, non ſanè. Eu. At ipſe carminum deinceps

a Erudi. peritam, ſiue agoniſticam, & contenſoſam.

b Expectare. Mos eſt alioqui poëtis præfari, quę deinceps ſint dictu-ri, idq; hoc loco facit poëta.

c Achillem. hunc ſedentem facit neq; reſpōdentem Aeſchylus in dramate Phrygibus, aut Hectoris Lytris. Nihil ibi loquitur Achilles. id quod Aeſchylo vertit vitio.

Chorus ordines trahebat ad finem uſq; quattuor. ſed
a *Illi tacebant prorſus.* Bac. Ego *autem gaudium ex eo ipſo*
Silentio capiebam, & oblectabar haud minus, quàm
b *Garritu hodie ſtrepentium.* Eu. *Stupidum proin fuiſſe, ac*
Senſu ſine, iudicioq; maniſeſtiſsimè ſcias te.
Bac. *Videor mihi quoq; ipſi. at hæc cur* [c] *ille factitauit?*
Eu. *Per arrogantiam & ſuperbiam, ipſe uti ſederet*
Spectator, otioſus expectans, & in bonam ſpem
Erectus aſsiduò, Niobe quando loqueretur, ipſum
Iam drama tenderet ad cataſtrophen. Bac. *Sceleſtum, ut amens*
In quibus ab ipſo decipiebar. quid tua membra ſegnis
Expandis? accipisq; moleſtè? Eu. *Quod coarguo ipſum.*
Sub hæc ſimulac nugatus eſſet iſta, iamq; drama
Medium retuliſſet, duodecim [d] *bouina uerba dixit,*
[e] *Supercilia, & galeas quæ habebant, grauia aliquaq;, tum autem*
[f] *Laruata, & horrorem incutientia, ſed ea, quæ tamen non*
Nota fuerunt ſpectantibus. Aeſ. *Miſerum me.* Bac. *At enim taceto.*
Eu. *Nec luculentum, nec maniſeſtum dicere ipſe quidquam, aut*
Sanum potuit. Bac. *Ne dentibus ſtride.* Eu. *Sed aut* [g] *Scamandros,*
Taphróſue, uel aduncas aquilas ſcutis in æreis, uel
Voces equorum præcipites, quas facile non erat, uel
Conijcere, uel intelligere. Bac. *Ego per Iouem quoque ipſe*
Aliquando multam in noctem adeò uigilaui, uti, quæ auis nam
Varius ſiet [h] *Hippalectryon, ſcrutarer inquietus.*

Aeſc. Hoc

a Illi tace. Achilles, & Niobe.

b Garritu. id eſt, plus delectabar ſilentio, quā garrulitate: nam multi in ſcena loquebantur.

c Ille fa. monſtrat Aeſchylum præſentem.

d Bouina id eſt, ſonora, grādiloqua, faſtu turgentia, ac plæna.

e Supercil. alta, ac ſublimia, & arrogantiam ſpirantia.

f *Laruata.* μορμορωπά, *ducta eſt trāſlatio à* μορμώ. *id eſt,* ſtryge, lamia, monſtroſa muliere, quæ infantes terrore ſoleat.

g Scaman. Multus Aeſchylus eſt in fluminibus & montibus referendis, id quod vituperat Euripides. Taphrus prætērq; quod fluuij nomen eſt, vt Scamander, foſſam etiam, aggerem, & vallum ſignat.

h Hyppalectryonē licet philoſophi eſſe negent, reuera marinū animal eſt, quod interpres dicit ſuis temporibus egreſſum e mari a quodam captum, & occiſum omnibus mortalibus oſtendiſſe.

Aeſc. Hoc ſymbolum depictum erat, indoctiſsime tu, in uetuſtis
Nauibus. Bac. At ego Philoxeni arbitrabar [a] Eryxin eſſe.
Eu. Galúmne conueniebat in tragœdijs amabò
Inducere? Aeſ. At tu ô, qui ſies dijs inimicus, ecquæ,
Et qualiánam ſunt illa tandem, quæ dabas diſerta?
Eu. Non Hippalectryonas quidem, non per Iouem, neq; ut tu, ineptos
Quoſdam [b] Tragelaphos, atq; genus id alia, Medicis quæ
Pinxere in aulæis, hodie pinguntq́;, uerum ubi abs te
Artem tumentem principio nimia arrogantia, atq;
Verbis oneroſis, ſeſquipedalibusq́;, per manum ipſe
Inſtructus accepiſſem, eam primum omnium reſtrinxi,
Et attenuaui aliquantulum, abſtuliq; pondus ipſum,
Argutiarum, ac blatteramentorum, aliquem è libellis
Accommodans & moribus [c] ſuccum minutilis his
Betis, [d] deambulationibus, atq; uerſibus. deìn
[e] Monodijs refeci ab integro, ſimulq; m. ſcens
[f] Cephiſophontem neq; ſub hæc nugas, in his profectò,
Quæ ſim aſſequutus, egi. & ut incidi, haud equidem ſupinus
Intaminaui, aut miſcui, ſed primus omnium, qui
Prodijt, is extemplo ipſius dixit genus diſerte
Dramatis. Aeſ. Erat tibi melius id, quàm [g] tuũ ipſius per
Iouem. Eu. Nihil remiſi uſquam, nihil [h] otioſum
Admiſi inutiléue uel ipſo à carminum initio, ſed
[i] Mulier loquuta eſt, atq; item ſeruus nihil minus, quàm
Sanè ipſe herus, iuxtaq́; uirgo, & anicula. Aeſ. Hæc quia auſus
Fuiſt, ob id minus moriendum tibi fuit? Eu. Nihil per
Apollinem, [m] democratice namq́; iſtud ego gerebam.
Bac. Quin iſta miſſa facito, bone: quandoquidem modo haud eſt,

a Eryxin. Hic vt deformis & acerbus notatur.
b Tragela. quaſi hircoceruos dicas, animal hirco, & ceruo ſimile.
c Succum. non e ptyſana, ſed moribus virilibus, & libris. Scribitur etiam ἀπκιθῶν, id eſt eligẽs, pro ἀπ᾽κιθῶμ.
d Deamb. Solebant ii, qui euocabãtur prodeambulare. Vſurpauit hoc loco metaphorice, ducta tranſlatione ab ęgrotantibus, qui corporibus purgatione extenuatis in opere aliquo ſe exercent. Vſus eſt ꝑ diatriba.
e Monodij. exercitationibus monodicis. Sunt autem monodiæ, laudes defunctorum, cantiones lugubres, in tragœdijs, quoties vnus aliquis canit extra chorũ. Et poëtę monodi, q ſub vna perſona argumentum explicãt. Huiuſmodi poëma monodicon dicitur.
f Cephiſoph. Hic videtur ſeruus fuiſſe, & cum eo vna carmina elaboraſſe.
g Tuũ ipſius. quia Euripides ignobilis fuit.
h Otioſ. vt tu Nioben, & Achillem induxiſti mutos.
i Mulie. notatur Euripides eo nomine, quod diuerſis perſonis inconuenientes orationes trĩbuerit.
l Hæc quia. quod ſeruos heris pares honore feceris.
m Democratice. hoc eſt, ſecundum ea, quę democratiæ erant, & ęquitatis. Ad ea reſpondet

 Cur ſit

Cur ſit tibi diatriba de iſthac re decorè. Eu. Et illud
Etiam adde quod loquier docuerim hos. Aeſ. Fateor eſſe
uerum hoc.
Atq; utinam etiã diſruptus eſſes medius, antequam olim
Docere cœpiſſes. Eu. Canonumq; tenuium uenuſta
Emblemata, fraudes dictionum, ac carminum uidere,
Aduertere, intelligere, uertere, amare, & inuenire
Sollerter, utier, malis doliſq;, ſuſpicari
Praua, omnia deniq; callide diſquirere. Aeſ. Aio & ipſe.
Eu. Mea ipſius induco. quibus utimur, quibuſq; ſemper
In rebus humanis ſoliti uerſarier ſumus nos.
Ex quo de iis repræhẽdier incipiebã. & hi meam artem
Redarguiſſe conſcij ſunt ipſimet. ſed ullos
Strepitus inanes haud mouebam: neq; minus ut tenerent,
Intelligerẽtue, uiribus extorquebam, eóſue prorſus
Nec terrui, nec perculi, finges truces [a] olores,
Vel Memnonas nigros, phaleris, noliſq; equũ ſuperbos.
Vtriuſq; noſtrum, & huius, & meos ſcies ſub iſta
Iam diſcipulos. namq; huius erat, [b] Phormiſius, atq;
[c] Manes
Megænetus ille, uterq; tibijs, tubis, & haſtis,
Barbiſq; formidabilis, flectens iocos dicaces.
Mihi uerò [d] Clitophon erat, & [e] Theramenes politus.
Ba. Theramenes? ſapiens alioqui uir, uehemens, grauiſq;
In rebus omnibus fuit. qui incidiſſet uſquam
Vel in malos, iuxtáue conſtitiſſet, euolauit
Statim è malis, [f] non Chius, imò Cius.
Eu. Huiuſmodi induxi ipſe ego
Scirent ut hi ſapere optimè:
Iunxiq; cum eloquentia
Et conſilium arti, ut omnia
Intelligant, & ſingula
Nunc peruideant planiſsimè.
Quod attinet autem ad cætera,

Bacchus, miſſa iſthæc fac: meum enim eſt hac de re diſputare potius (ipſe id enim inambulare vocat) nõ tuũ, quod pacis & quietis author ſim. Recte te incuſat futilis loquacitatis Aeſchylus. Quare te venditare hoc nomine nõ potes. Vel nõ eſt, ꝙ ſtudeas oſtendere, te iſtud pulcherrime pręſtitiſſe. Nã turpe eſt, ſeruos ex equo & heros libere loqui.

a Olores. duo fuerunt cygni, alter Martis filius ab Herculę cæſus, vti Heſiod. tradit in aſpidi, alter Nuptuni, ab Achille interfectus, vt Pindarus refert.

b Phormiſ. Didymus author eſt, hunc induſtrium fuiſſe, ſed nutriuiſſe comã, viſus alioqui terribilis. Atq; ob id dicit Aeſchyli diſcipulum eum fuiſſe, Notatur largitionis ad corrumpendos iudices.

c Megænetus Manes. Hic in totum non fuit barbarus, ſed parum vrbanus, homo pręfractus audax, vnus ducum exercitus Atheñ. Manes, ſeruile nomẽ fuit apud veteres, a furore ducta voce. Perſ. præſto eſt mihi Manius heres, progenies terræ. Translatum eſt vocabulum ad Aeneã ſtatuam, quam Cottaborum luſui adhibebant.

d Clitophõ. vt ignauus à comicis perſtringitur, nunc eum çallidum & verſutum facit.

e Theramenes. hic vrbanus & elegans, & per omnia inſcribendo veriſimilis fuit.

Aedes

g Aedes habitare proprias,
Longè eſſe duxi pulchrius,
Quàm id, quod patratum eſt hactenus.
Tum autem probè meditarier
Quo illud ſe habet tandem modo,
Vbi relictum eſt hoc mihi?
Iſtúdue quiſnam acceperit?
Bac. Et nunc Athenienſium
Deos per omnes, quilibet
Famulis, ſimulac intrauerint,
Occlamitare maxima
Cœpere uoce, [a] *chytropus*
Vos querite [b] *ubi eſt, & ollulas*
Quis [c] *Mænidis porrò caput*
Vorauit? & exacti mihi eſt
Anni catinus [d] *mortuus.*
Heſternum ubi eſt heus allium
[e] *Oleamq; quis præroſit hanc?*
Nuper ſtolidi, & fatui tamen
Sedere [f] *mammacuthi*
Et Melitidæ ſubbiantes.
Cho. Illuſtris Achilles iſta uides.
At tu, quid ad iſta diceſitantum uti?
Ne ira te auferat, caue
g Extra oliuam utrinq; raptum.
Te reum agit hic enim aſprè.
Attamen tu iam uide,
Ne quid interim uiciſſim
Percitus reſpondeas, te at
Contrahens carbaſis [h] *ſummis*
Vtere, atq; ita optimè tum
Dixeris, ſimulq; cuſto-
Dieris, lenem
Flatum ubi, & remiſſum eum ipſum

f Non Chius. parœmia in hominem inconſtantem, & commutantem inſtitutum, pro ratione temporis ac loci. A volubilitate & inconſtantia gētis. Cous fuit Theramenes, & Prodici Coi diſcipulus. Quare quidā ſuſpicantur. non Cius, ſed Cous eſſe legendū.

g Aedes. rem domeſticam curare, paci ſtudere magis, quam belligerare amplius.

a Chytropus. eſt olla, quæ ſuſtētatur pedibus, ſunt & ipſa ſuſtentacula ollarum.

b Vbi. coarguit Athenienſium ignauiam.

c Mænis. vtilis piſciculus halæc, ſiue halecula.

d Mortu. ꝑ fractus eſt.

e Oleam indifferenter pro fructu & arbore ſicut apud Græcos, ἐλάαι uſurpatur.

f Mammacuthi. Proprium eſt cuiuſdam, inſignis fatuitate. Mammacuthus, ſicut Melitides, qui adeo traditur fuiſſe vecors, & ignauus vt vix omnibus ingenii neruis quinq; enumerare diſceret. Hinc fortaſſis factum eſt, cur id genus homines Mammalucus vulgo dicamus.

g Extra oleas ferri, in eum, qui terminos præſcriptos tranſgreditur, aut qui aliena, & nihil ad rem pertinentia, dicit. Sumptum a ſtadiis, in quibus certamina curſorum exhibebātur, quę oleis vtrinq; ſepiebantur, quas tranſilire non licebat, qui prætteriſſet, extra ſtadium cucurriſſe dicebatur.

Cœperis

a Vti ſummis velis qui maximo conatu adniſuntur, aut qui omnem captant occaſioné. Sumpta metapho. a nautis.

Cœperis iam.
Quin ô Graiorum longè princeps ſimulac uerba uenuſta, &
Grauia extuleris, tragicasq; exornaris nugas, animo acri
Torrentem largum præcipita.
Aeſ. Iraſcor propter congreſſum hunc, ac ringor, uiſcera iuxtà
Indignantur, quod contra iſthunc dicendum mihi ſit, tamen ut
Ne auſit dicere, nil poſitum in promptu mihi, contrà regerem quod.
Illud mihi reſponde, quamobrem par admirarier eſt, &
Celebrare poëtam hominem illuſtrem ? Eu. Quod prudens ſit, quid itemq;
Pulchrum, quid honeſtum , & quod reddamus mortales meliores
In populoſis urbibus. Aeſ. Id ſi nõ præſtiteris, ſed inertes
Homines ex frugi, & ſceleratos reddideris, quo fateare
Te dignum eſſe? Bac. Nece, ut non ſit cur hunc quid rogites. Aeſ. Igitur iam
Specta, à me quales ipſos acceperit, utrum generoſos
Primum, & quatuor cubitorum homines, minimè uerò timidos &
Qui curare recuſant publica rerum urbis, non rabulas, non
Vt nunc blaterones, neq; uerſutos, ſed qui haſtas, frameasq;
Spirabant, & conis criſtatos albentibus homines, tum
Galeas, ocreasq;, animosq; . altos tergora [a] ſeptem bubula ipſos.

a Septem. hoc eſt, magnos. metaphora ducta a ſcuto Aiacis.

Eu. Atqui cedit, abitq; mali hoc. Bac. Me rurſum conos reſfrendo hic
Proteret. Eu. Ecquam rem tradendo, atq; docendo ipſos adeo tu

Fortes

Fortes ſeciſti? Bac. Aeſchyle dic. uerùm ne auſterus nimium ſis,
Grauiterq́; affectus ne ſæuito. Aeſ. Quod Mauorte refertum
Drama dedi. Eu. Quale id erat? Aeſ. [a] Septem ad Thebas. quicunq; uiros tum
Spectaſſet, & ipſe accēſus Mauortius optaſſet haberi, &
Eſſe. Eu. Atqui in re hac peccatum abs te fœde eſt, quod meliores
[b] Thebanos ad bellum induxeris, & ob id tibi uerbera ſunto.
Aeſ. Proin cōtrà licuit uos exercere, at in hoc incubuiſtis
Minimè. poſt hæc Perſas docui, atq; ſub hæc hoſtes ſuperare
Poſſe, ut ſemper cuperent. ita adornaui pulcherrimum opus tunc.
Bac. Sane morte Darij audita nimium gauiſus eram ſic
Chorus extemplò manibus plauſum dedit acrem, & dixit [c] iauœ.
Aeſ. Et in his conuenit uſq; uiros claros exercere poëtas.
Nunc à principio mihi ſpecta quantam docti utilitatem
Aduexere poëtæ. monſtrauit dira piacula nobis,
Et cædibus abſtinuiſſe ipſe Orpheus: contra corporis omnes
[d] Muſæus pharmaca, peſtes, & diuina oracula, magnus:
Culturam agrorum Heſiodus, arandi, lætaq; tempora frugum.
Quid celebrem fecit, & euexit Homerum ipſum laudibus amplis?
Niſi quod bona, & utilia edocuit: uirtutes, arma uirumq́;
Atq; acies? Bac. Atqui non [e] Pantacleum, quantumuis tamen ipſum

[a] Septem. Perſas prius exhibuerat, inde Septē ad Thebas. Hyſterō proteron. Tragœdiarū ſunt nomina.

[b] Theba. conſtat Thebanos non amicos fuiſſe Athenienſibus.

[c] Iauœ. acclamatio in Bacchum, gratulantiū oboriente lætitia.

[d] Philochorus Muſæū Lunæ, & Eumolpi filiū fuiſſe tradit, qui paralyſes, & piacula, & ludos, & ſacra ſcripſit.

[e] Pantacleū notat imperitiæ armorū induendorum. Meminit huius etiam Eupolis.

Agreſtem, atq; rudem inſtituit. nuper enim cùm mitte-
ret, antè

Galeam. nam qui conum alligat prius, is galeam adaptare debet, vt Home. non vno loco indicat.

Galeam primum circumuinxit, cum conum innectere
ſcitè
Conueniſſet. Aeſ. Quin etiam alios permultos,[a] Lama-
chus heros

a Lamach. Fuit hic numeratus inter rei bellicæ peritiſs. duces. Temporibus Ariſtoph. & Aeſchyli dux exercitus Athen. erat.

Quos inter fuit: atq; [b] horum ſimulachra imitatus ua-
riarum
Virtutū ſpecies finxi, ac nomina multa, ut Patrcoleorum
Teucrorum, & Thymoleontum, ut popularia pectora
ratione hac

b Horum ſimula. Græce vnde mea mens abſterſa ἀπομαξαμένη φρὴν.

Incenſa erigerem, quo æquarēt illos, ſimulatq; tubarum
Clangorē audiſſent. at nō [c] Phædras finxi putida ſcorta

c Phædra. Euripidis tragœdia eſt.

Per Iouem, ut haud [d] Stenobœas, ut planè haud ſciam an
unquam ullam aliquam uſquam

d Stenobœam Homerus Anteam vocat, quæ Bellerophontē amauit, a quo contempta accuſauit illum apud Prætū maritum ſtupri, &c.

Induxi fœminam amantem. Eu. Nulla inerat Veneris ti-
bi cura
Per Iouem. Aeſ. Vt haud unquam ſit, ſed multa tibi atq;
tuis precor uſq;
Inſideat. te quare ipſum (turpè) deorſum præcipitauit.
Nam quæ ipſe erga [e] alienas præſtiteris, iiſdem uerberi-
bus iam
Percuſſus es. Eu. At quid noſtræ urbem lædunt tandem
Stenobeæ,

e Alienas. quod vt tu cum alienis ſtupri conſuetudinem habueris, ita viciſsim hoc ipſum tibi vſu venit.

Infœlix? Aeſ. Quod generoſos ex æquo, atq; uirūm ge-
neroſas
Vxores blando ſuaſu induxeris epotare [f] cicutam.
Quod miſeræ nimis erubuere tuos propter Bellero-
phontes.

f Cicut. quod multæ Stenobœam imitatæ cicutam biberint.

Eu. Quid? nónne ipſam rem de Phædra, ut ſe habet, ex-
preßi, an ſecus, edic?
Aeſ. Per Iouem, eam quin rem ipſam, uerum facinus ce-
lebrare poëtam
Turpe addecet, ac nō in ſcenā producere, & edere uulgò.

Pueris

Pueris eſt præceptor, quiſquis dicit, ſanctiq; poetæ
Itidem iuuenum pubi. ſed honeſta quidem par dicere nos eſt.
Eu. Quid ſi igitur tu nobis Pernaſſorum ardua, uel [a] *Lycabetos*
Dicas, bona id eſt, & honeſta docere: humanè proloquier quem
Deceat? Aeſ. Quin parere, infœlix, ſanè æqualia uerba neceſſe eſt
Gnomis magnis, & rebus iiſdem, ac ſenſibus, ánne aloqui
Aequum eſt, ſemidei ut uerbis utantur grauioribus: ipſi
Nam quàm nos incedunt ſplendidius ueſtiti innumeris
Partibus, ego quæ monſtraui utiliter, ſimul & pulchrè, ea fœdè
Tu ſubuertiſti. Eu. Dic qua re perpetrata obſecrò, tandem?
Aeſ. In primis, quod protritis reges ueſtibus indueris, ut
Miſerandi mortalibus apparerent. Eu. Hoc nomine læſi,
Quo facto, aut qua re? Aeſ. Nemo gubernare triremen, Locuples qui
Suaſit, prorſus curat ob id: uerum cum ueſtibus ipſe
Tritis, atq; lacernis prodit, lacrymat, clamatq; inopē ſe
Grauiter paupertate premi. Bac. Per Cererem: ſed ſi ex pretioſis
Tunicam lanis interiorem habeat, dicendo ſimul hæc, ſi
Impoſuiſſet, is ad [b] *piſces poterat tum deflectere lautus.*
Aeſ. Rurſum ad garrulitatem hos ipſos formaſti, & ad improbiorum
Calliditatem exercens. inſtituiſti unus fraude doloq;.
Illa palæſtras uacuas reddidit, adoleſcentumq; cecidit
Nugantum nates, principibusq; refragarier, adeoq;
Dicēdo oppedere perſuaſit nautis. me uiuo etenim id tū
Haud norant, niſi ſolum appellare placentam, tum [c] *rhypapæ autem*

a Lycabetus, circa Athenas mons eſt, ut Pernaſſus, Phocidis.

b Piſces. pro eo, quod eſt, inuenitur uacare delicijs. Hoc dicēdi genus Atticum eſt.

c Rhypapæ, acclamatio nautica.

Dicere. Bac. Per Apollinem, ita eſt, atq; oppedere in os
fortiter ipſi
[a] *Remulco, atq; fimo diro bellum defœdare ſodalem,*
Atq; egreſſus quem exuere.
Nunc autem contradicit, & haud
Remos agit amplius, & uelis
Nauigat ultro citro, ſecundis.
Aeſ. Ecquorum iſte malorum haud cauſſa eſt?
Nónne impuros hic lenones
Oſtendit: non [b] *parientes in*
Sacris, [c] *germanas* [c] *miſcerier*
Fratribus oculis ſubiecit: tum
Autem dictantes, [d] *uitam hanc non*
Vitam eſſe ullam: hinc adeo factum eſt
Cur Reſpublica noſtra referta eſt
Scribarum, atq; ſceleſtorum hominum,
Qui [e] *ſimiæ ineptæ populi, imponunt*
Fraude doloq; illi nunquam non.
Iam nemo queat geſtare [f] *facem,*
Quod non curant exerceri.
Bac. Per Iouem ita eſt, non ſanè, quare
Panathenæis ridendo ſum
Aridior factus, cum quidam
Homulus, lentus, flexus ueteri
Conſuetudine, pinguis, nitidus,
Relictus, prodigioſa nimis
Faceret, [g] *figuli deinde in portis*
Ventrem hominis, lateracilia, nates,
Cædebant. porrò miſer ille
[h] *Magnis manibus percuſſus, leue*
Pedens, tumidus fugiebat
Inflans faculam.
Ch. Res profectò magna, certamẽ & atrox, & prælium
Agitur ingens, pertinaxq;.

a Remulcus. is dicitur qui in ima parte triremis remigat, θαλάμαξ, ſiue θαλαμίτης. ζυγῖται, qui in medio ordine: θρανῖται, qui in ſupremo, hoc eſt, qui in puppi triremis ſedet, vt Thalamax, ſiue Thalamitis ad proram.
b Parien. Augen parturientem in ſacro induxit.
c Miſce. vt Aeoli filias.
d Vitam. Ex Phryxo Eurip. Quis demum nouit, vtrum viuere ſit emori? & mori viuere?
e Simiæ. δημοπιθήκων. Alluſum eſt ad id, quod eſt in Acharn. Simia barbam portans. de ridiculis. vt & apud Archilochium, πίθηκος πυγὴν ἔχων. Simia caudam habens.
f Facem alluſum eſt ad prouerbiũ, Curſu lampadem tradere, pro partes ſuas quaſi ſucceſsione in alium transferre. Notat ciuium ignauiã. Tribus certaminibus ſolebãt faces geſtare, Prometheis, Vulcaniis, & Panathenæis. Erat q; Athenis gymnaſium, in quo lampades geſtabãt.
g Figuli. qui Ceramicũ habitabant, Athenienſes dicit Ibi enim id certamẽ agebatur. In hoc certamine Lãpadis in Ceramico, mos erat in curſu poſtræmos ab adoleſcentibus latis manibus verberari, & plagæ hæ

Proinde,

Proinde,diſcrimen opus durum eſt
Arduumq;,conſtituere.ubi nam hic grauiter intendere
Cœpit,ille inſurgere contrà ualet, & iterum ſtrennuè
Impetum facere.atq; [a] *in ipſo hoc*
Conſidere ne uelitis uos:
Sunt enim preterea & alia multa etiã ſophiſmatum. &
Varia argumenta,uiæq;.igitur agite,qua de re lubet:
Quodq; ſupereſt diſputandum,dicite:contrà inuadite,
Et reuerberate,tum uetuſta,tum recentia hæc
Dicite audacter,quod ipſum
Audiat ſubtile,ſapiat & cor,ut quàm maximè.

dicebantur Ceramicæ. Conſtat itaq; id maxime in Ceramicis fieri ſolere. Portas vocat introitus certaminis.
h *Magnis.* πλατεί-αις. *latis, ſiue loris,* ac flagellis. ſiue ita dictis plagis,ceramicis, & plateis.
a In ipſo.hoc eſt, ne in eodẽ loco, modo & ratione, argumẽtis & contrariis rationibus contendite inter vos.

Siueremini quidem hoc porrò,ne ob imperitiam
Huc quis hos prodeat ad ſpectatores,ut qui neſciant
Iudicare arguta ueſtra
Iſta diſſerentium, id enim moueo, nil timete,quod
Amplius non res ſe habeant ſic:
[b] *Militarunt quondam enim iſti:*
Quiſq; enim librum cùm habeat, ediſcit ea, ſunt quæ
optima, &
Simul honeſta. uerum [c] *alioqui*
Indole inſita,ingenioq;
Facilè generoſiſsimi,iam acuti,& adſunt exciti.
Quin potius ediſſerite cuncta, & quidem horum gratia in
Theatro ſpectatorum,ut & qui
Sint ſapientes,atq; docti.
Eu.Equidem ad tuos ipſos prologos me conferam.
Vt principio primam omnium Tragœdiæ
Partem [d] *eruditi illius excutiam,phraſis*
Obſcura erat,res inuolutæq; tenebris.
Bac. Ecquem illius tandem excuties? Eu. Quàm plurimos.
Ac primum eum dic ex Oreſtia mihi.
Bac.Agedum ſuis linguis faueat quiſq;. Aeſchyle

b Milita quod Athenienſes haud perinde antea in poëticis commentis exercitati fuiſſent.
c Alioqui,ironice.
d Erudi,ironice.

Dic. Aeſ. Mercuri terreſtris, & magne, alta qui
[a] Patria imperia inſpicis, huc ades præſens mihi
[b] Seruator, atq; adiutor, & commilito
Numen tuum imploranti, in hanc deſcendo enim,
Venioq́; terram. Bac. *Carpere horum quidpiam*
Poteſ? Eu. *Duodecim, atq; etiam eo plura.* Bac. *Atqui ea*
Omnia quidem haud ſint niſi tria tantum carmina.
Eu. *Viginti habet unumquodq; peccata.* Bac. *Aeſchyle*
Conſuluerim tibi, ut taceas, ſi autem minus,
Videbitur inſuper his iambis alteram
Tribus querelam iure debere. Aeſ. *Egóne huic*
Quicquam tacerem? Bac. *Si modo me quidem audias.*
Eu. *[c] Toto nam aberrauit hic in ipſo limine*
Cœlo. Aeſ. *Vides nugarier te.* Bac. *Quin ego haud*
Magnopere iſthæc curo. Aeſ. *Qui peccaſſe me*
Tu ais? Eu. *Recita à principio eadem rurſum ordine.*
Aeſ. *Nunc Mercuri terreſtris, & magne, alta qui*
Patria imperia inſpicis, & ſummam potentiam.
Eu. *An non Oreſtes ad tumulum dicit patris*
Hoc mortui? Aeſ *Haud equidem ſecus dico* Eu *proin*
Hæc Mercurium inſpectare dixit, quod pater
Eius manu dire muliebri, fraudibus
Et clancularijs periſſet? Aeſ. *Non ego*
[d] Illum, inquam equidem, ſed alterum ipſum Eriunium,
Terreſtrem ibi Mercurium potentem affatus eſt.
Atq; id ſatis coarguit, cum dicit, hoc
Se nempe poſſediſſe patrium præmium.
Eu. *Abs te amplius eſt peccatum adhuc, quàm ego uolui.*
Nam ſi patrium [e] terreſtre habeat hoc præmium
Munusq́;. Bac. *[f] Per patrem ſpoliator forſitan*
Fuerit tumulorum. Aeſ. *Bacche, uinum, ſed parum*
Fragrans bibis. Bac. *Dic aliud et. tu autem interim*
Peccata conſtanter modò obſerua. Aeſ. *Mihi*
Numen tuum imploranti ades commilito, &

Adiutor,

a Patria. Amphibologia, ſiue patris mei Oreſtes, inquit, ſiue patriã potentiam ad eam, quæ eſt apud inferos, Mercurij, πατρῷα pro πατρόθεν.

b Serua. ad præſens certamé, in quod deſcédit.

c Toto cœlo. affine prouerbio, tota erras via, de eo qui vehementer a re quapiam aberrat.

d Illũ. doloſum, & fraudulentum Mercurium. Nam δόλιος Mercurij epithetum eſt. vt eiuſdem, eriunium, id eſt, vehementer vtilem: vt doloſum, ab vtili diſtinguit.

e Terreſtre. nam χθόνιον, ſignat tàm ea, quæ ſub terra fures ſcrutantur ea, quæ ſub terra latet Ergo Oreſtes etiã fur fuerit, quod ſub terra recondita fortaſſe effoderit.

f Per patrem. Munere paterno. Abrumpit Bacchus Euripidis orationem. Quare Aeſchylus infert eum ebrium eſſe, e vino duro, non odorifero.

Adiutor, & ſeruator ſedulò, ac lubens.
Nam in hanc uenio terram, atq; deſcendo modò.
Eu. Bis dixit idem nobis ſapiens hic Aeſchylus.
Bac. Qui bis? Eu. Vide uerbũ, ego tibi equidẽ proferam.
In hanc uenio terram, inquit enim, ſimul &, eo
Etenim uenire, atq; ire ualent unum, atq; idem.
Bac. Sic per Iouem, uicino uti ſi dixeris,
Mactra utere tu, aut ſi mauelis panaria
Arca Aeſ. Haud idem eſt, ſed ſecus habet ſe, homo garrule.
Eu. Quónam modo? ac me perdoce qui dicis id.
Aeſ. Namq; in ſolum uenire, nil planè illud eſt
Aliud, quàm in ipſam accedere [a] patriam, quia
Citra calamitatem uenit aliam. qui enim
Cumq; exulat, is it, atq; redit planiſſimè.
Bac Per Apollinem bellè. quid autem Euripides
Tu ais? Eu. Haud Oreſtem, inquam, domum rediſſe tum.
Sed clanculum furtimq; uenit, ne quidem ut
[b] Sententias dominorum adeò expectauerit.
Bac. Per Mercurium pulchrè. ſed haud intelligo
Quidnam loqueris. Eu. Proinde aliud abſoluito.
Bac. I Aeſchyle, age tu abſoluito, ſed ipſa uitia tu
Obſerua Aeſ. Ad alti iſthæc tumuli ripam patri
Declaro meo, ut audiat, & audiat Eu Alterum
En repetit iterum. exaudiat, audiat: ualent
Quæ luculenter idem. Bac. Sed iſthæc, ô ſcelus,
Et ruſtice, mortuis quidem loquutus eſt,
Ad quos etiamſi ter loquamur, ne quidem
Venimus. Aeſ. At tu dic, prologos quonam modo
Tandem faciebas obſecrò. Eu. Ego dicam tibi.
Si dixerim alicubi quid idem bis, quampiam
Vel congeriem abs re deprehenderis uſpiam
Ineſſe, conſpuito, atq; ſperne fortiter.
Bac. Agedum loquere: non enim eſt meum, ſed uerſuum

a Patriam. cum exul uenit, tum in terram deſcendere dicitur, id quod propriè eſt. κατέρχεσθαι. nempe de exule. quo verbo hic vtitur Aeſchylus.

b Senten. qui in exiliũ agebant, ijdem reuocabant eiectos.

Prologumq;

Prologumq; tuorum audire caſtimoniam,
Et puritatem quæq; ſunt rectiſſima.
Eu.[a] Erat Oedipus fœlix quidem uir initio.
Aeſ. Non per Iouem, non is profectò, quin ſuo
Potius malè fœlix ingenio. quem quam prius
Natus foret, occiſurum ait patrem ſuum
Apollo, priuſquam infans item eſſet æditus.
Quinam fuit fœlix uir hic (obſecrò) prius?
Eu. Factus deinde mortalium eſt miſerrimus,
Rurſus. Aeſ. Minimè iſthuc per Iouem, nequaquã, at hic
Nihilominus ergo deſijt. quo enim modo
Potuiſſet? ubi enim primum is eſſet æditus,
Adhuc hyeme, expoſuere puerum in [b] teſtula,
Ne pòſt ſuum eductus trucidaret patrem.
Deinde ad [c] Polybum tumidis miſerè pedibus nigro
Tabo, ac ſane uenit. ſub ea florens anum
Annis adoleſcens ipſe duxit coniugem,
Suamq; quidem matrem ipſius. poſt hæc ſuis
Oculis ſeipſe orbauit. Bac. Ergo ſcilicet
Beatus erat, etſi cum [d] Eraſinide copias
Ductaſſet, atq; militiæ fuiſſet. Eu. At
Nugare. equidem prologos facio pulchrè meos.
Aeſ. Non per Iouem ſanè. interim non ſingulas
Ego dictiunculas, uti tu, feceris.
Hic uellicabo, ſed prologos non ſine dijs
A [e] lecytho minutula tantum tua,
Labefaciam. Eu. Tun' à minutula meos
Lecytho ais? Aeſ. & quidem una etiam ſola. ita [f] facis,
Omnes enim quo congruant pelles, uti.
Et Lecythus minutula, atq; thylacium,
In iambicis. monſtrabo id autem ipſum illicò.
Eu. Et tu bone monſtrabis. Aeſ. Ita dico. Bac. Farier
Atqui decet. Eu.[g] Aegyptus (frequens fama uelut eſt)
Cum ſobole quinquaginta liberûm bona

Claſſe

a Erat. Principium eſt Antigones Euripidis. Nota hiſtoria eſt Oedipi.

b Teſtula. in eis ſolebant pueros exponere. χύτρα olla, unde uerbum χυτρίζειν in ollam condere.

c Polyb. Corinthiorũ regem.

d Eraſi. aduerſus eos, qui duxabant, circa Arginuſam infœliciter pugnabat. Ibi cecidit, & cum eo, nõnulli alij, vt Thraſyllus, Pericles, Ariſtocrates, Diomedõ, vt eſt author Philochorus.

e Lecytho. Lecythus oleari vas eſt, & in quo vnguenta reconduntur, pro elucubrata oratiõe, & copia dicẽdi metaph.

f Facis. vt omnia aſſumas. Abiectũ eñ quiddam eſt pellis vna cum villis, at non ita Thylacus.

g Aegyptus, principiũ Tragœdiæ cuiuſdam.

Claſſe occupauit Argos altum nautica.
Aeſ. En lecythulum perdidit. Bac. Ea erátne lecythus
Hæc parua? non flebit. prologum dic alterum
Et, quo iterum audiam. Eu. [a] *Hinnulorum pellibus*
[b] *Qui indutus & thyrſis, iuga per Parnaſsia*
Interq; ſyluam pineam, atq; tædas ſaltitat
Ducens choreas Liber pater.
Aeſ. En lecythulum perdidit. Bac. Iterum miſerum me ab hoc
Cæſi iacemus lecythulo. Eu. Moleſtiæ
Quin nil erit, & incommodi. nihil eſt enim,
Iſtum ad prologum cur lecythum ipſus poſsiet
Accommodare. uiuit haud mortalium
Fœlix modis quiſquam [c] *omnibus. uel æditus*
Enim bonus uictu caret, uita & quibus
Eget aſpera facultatibus: aut ignobilis
Eſt. Aeſ. Lecythulum ecce perdidit.
Bac. Euripides. Eu. Quid eſt? Bac. Mihi decedere
Videre: namq; hoc lecythion haud quaquam parum
(Mihi crede) anhelabit. Eu. Nihil, ne tantulum
Curauero per Cererem. at enim extirpabitur
Hoc iam ipſius radicitus. Aeſ. Alium re[illegible]r,
A lecytho & ſimul abſtine.
[d] *Sidonia, Cadmus generatus Agenore*
Quondam urbe relicta. Aeſ. Lecythion heus perdidit.
Bac. O lecythum [e] *eme infœlix, prologos ne refricet*
Aut diſſecet noſtros etiam. Eu. Cur obſecro?
Egon' [f] *emerem huic? Bac. Dicto ſiquidē mihi audiens*
Fueris. Eu. Minimè etenim prologos quàm plurimos
Adducere potero, quibus iſte lecythum
Hic admouere nequiuerit.
Iam [g] *Tantalides reuerſus equis pernicibus*
Piſſam Pelops. Aeſ. Hem lecythium iſthic perdidit.
Bac. Viden' applicuit denuò iterum ipſam lecythum.

a Hinnulorum. principium Hypſipyles.
b Qui indu. vel faculis lucens, accenſus.

c Nemo ſapit omnibus horis. Principiū e trag. πρθένοις σὼν δεξιφίαι.

d Sidonia. exordium Secund. Phryxi Euri.
e Eme. vel ad Euripid. eme ab Aeſchylo lecythum, vel ad Aeſchylū, vt dinendat, quaſi dixerit, eme eam, ac redde pro illa, quæ amiſſa ſit.
f Emere. pro eo, quod eſt, emam lecythum, & reddam amiſſam.

g Tantalid. exordium Iphigeniç tauricç. Euri.

Quin ô[a] bone ſaltem nunc eam ſtudio omni huic
Et arte ſoluito. parabis enim obolo
Pulchram nimis, nimis elegantem, & optimam.
Eu. Non per Iouem, nondum. mihi ſunt non parum
Multi repoſti adhuc enim,[a] E terra quidem
Oeneus aliquando. Aeſ. Lecythium ecce perdidit.
Eu. Sine integrum uerſum prius me abſoluere.
Oeneus recepta ingente frugum copia
Quondam ſacrum de primitijs faciens ſuis.
Aeſ. Hem lecythulum iſthic perdidit,
Bac. Sed interim dum ſacrificat, quis porrò ea
Subtraxit. Eu. Heus bone, mitte eum, ad hoc reſpondeat.
[b] Iuppiter, uti dictum eſt, ab ipſa re ferè.
Bac. Te perdat, inquiet, perijt nam lecythus.
Hoc lecythion namq; in prologis natum eſt tuis,
[c] Fici perinde atq; in oculis.
Quin per deos ad carmina hic [d] conuertere.
Certè mihi in promptu eſt, eum eſſe oſtendere
Vel carminis authorem haud bonum, atq; adeo quidem
Hæc perpetuò edere item, eadem.

¶STROPHE.

Cho. Tandem aliquando rei nouæ
Quid fiet? libet hic quidem
Animum ad hæc uertere, ecquid
Criminetur eum uirum
Longè plurima, & optima
Iam ſuperſtitum in hac uita,
Qui condat unus carmina.
Demiror ſimul interim id,
Quid notabit in iſthoc
Tandem [e] imperatore, & rege Bacchico.
Sum interim pro eo adhuc ualdè
Sollicitus, ei metuo & malè.
Eu. Verſus uehementer forſan admirabiles

a E terra. Ex Meleagro Tragœd.

b Iuppiter vti di. Melanippes exordium.

c Fici. hulcera quæ naſcũtur in oculis, ſycoſes, & ſycomata dicta. vt fici oculis incumbunt. De ijs, qui pertinaciter vrgerent aliquod negotiũ vel in eos, qui cum graues ſint, & intolerabiles, tamen auelli non queunt, niſi magno malo.

d Conuert. hoc ad Aeſchylum, propter Euripidem, vel ad Euripidem propter Aeſchylum dicitur.

e Imper. Aeſchylum dicit optimum carminũ ſcriptorem, tanquam in poëſi Bacchi furore agitatum.

Adducet.

Adducet. atqui ego ipſius contraxero
Omnia uiciſsim carmina in unum ſedulò.
Bac. Ego interim ipſa ad calculos uocauero.

¶ [a] DIAVLIVM ACCINIT.

Eu. [b] *Phthiota Achiles, cur tandem, cum accipis illum*
Virum eſſe homicidã, [c] *laudem auxilio*
Nec accerſis, neq; ſectare ullam?
[d] *Hermeta parentem*
Nos, qui trahimus genus altam
Circa undoſamq; paludem, colimus.
Nec auxilio accerſis laudem ullam?
Bac. Gemini Aeſchyle ſunt tibi nati hi
Cum mole, labores.
Eu. [e] *Graiûm facile illuſtriſsime.*
Atreo ſate, qui dominaris
Aduertito mentem, latè.
Nec auxilio accerſis laudem ullam?
Bac. Labor Aeſchyle tertius iſte eſt
Tibi natus.
Eu. Dicite, qui [f] *moderamini apes,*
Bona uerba, ut propè referentur
Tecta Dianæ.
Nec auxilio accerſis laudem ullam?
[g] *Publica uertere robora ius mihi*
Iuſta uirorum eſt.
Nec auxilio accerſis laudem ullam?
Bac. Rex ô ſupræme Iuppiter negotij eſt
Quanti, & laboris iſta res in balneas
Equidem uolo hinc concedere: nam renes mihi
Labore præ nimio dolent. Eu. Minime, prius
Quàm uerſuum [h] *ſtatum alterum tu audiueris.*
Qui conſtat uſq; legibus citharœdicis.
Aeſ. Abſolue agedum, neu ſis odioſus amplius
Eu. [i] *Ecqua ratione*

a Diaulium dicebatur, quando in ſcena omnibus tacentibus, ſolus intus caneret tibicen.
b Phthiota. Ex Myrmidonibus Aeſchyli, Verba ſenum ſunt ad Achillem. Alia aliunde Euripides adducit ad riſum, ut quæ nõ habeant harmoniam unà obſcuram.
c Laudem. vel cur non applicas te, in laudatum auxilium.
d Hermeta. Ex pſychagogis Aeſchyli. Non cõtinuat verſus, ſed colligit tantum ἰήκοπον, id eſt, Laudẽ aux. ꝑprie ad illos verſus Phthi. pertinere.
e Graiũ. Timachidas, ex Telepho. Aſclepiades vero, ex Iphigenia ſumptum dicit.
f Modera. qui munera Reipub. partimini, vel q vrbem incolitis ciues, allegorice.
g Publica. Ex Agamẽnone Aeſchyli. Propter æquiuocationem ſingularum vocum, difficile eſt ſententiã colligere.
h Statum. ςάσις de choro dicebatur. Et ſtaſimus verſus, quem choreutæ modulantur, ſiue hypocritæ, ſiue phonaſci, qui chorũ cõſtituunt. Apud Tragicos media pars in choro, vbi ſtatur, & exordium narrandæ calamitatis inſtituitur.
i Ecqua. Ex Agamemnone Sophoclis, Euripides vult oſtendere choricos cantus Aeſchyli ex aliis atq; aliis dramatis diſperſa.

 Diſbronum

Dithronum imperium Danaorum,
Pubem Hellanicam
Hoc [a] *phlattothrattophlattothrat.*
Sphinga etiam infauſtam
[b] *Prytanim ille catellam mittit:*
Hoc phlattothrattophlattothrat.
Tum manibus, tum etiam haſtula
Percuſſore [c] *auis*
Impetuoſa.
Hoc phlattothrattophlattothrat.
Diris tribuit
[d] *Canibus uolitantibus in*
Aëre cædendum.
Hoc phlattophlattothrat.
[e] *Recline illud in Aiace.*
Hoc phlattophlattothrat.
Bac. [f] *Quid phlattothrat tandē eſt id ex Marathone, uel*
[g] *Hauſtoris huius undēnam tu carmina*
Conflaſti? Aeſ. Ego [h] *ex bono in bonum illa tranſtuli,*
Ne [i] *pratum idem ſacrûm uiderer Phrynicho*
Aonidum metere. etenim [l] *iſte ab omnibus*
Scortis capit, obliquis [m] *Meliti, & cantibus*
[n] *Caricis, choreis, atq; luctuoſis fletibus.*
Id forſitan docebitur dilucide.
Modicam ferat huc aliquis lyram: atqui quid lyra
In hunc opus eſt: ubi iſta nam eſt, quæ [o] *teſtulis*
Plauſum, ſonitumq; edit: ades huc Euripidis
Ad quam ut moduleris idonea iſthæc carmina.
Bac. Hæc Muſa non aliquando tandem [p] *polluit?*
Non. Aeſ. [q] *Halcyones, quæ in fluctibus maris*
Perennibus cantum cietis,
Quæ rore madentes guttulis
Rigatis alarum humidis
Corpuſculum.

Item

a Phlatto. irridet Aeſchylum, vt inconcinne componentem.
b Pryta. gubernatorem, diſpenſatorem, quæſtorem, &c. Sumptum eſt ex Sphinge Aeſchyli.
c Auis. quæ cum Thebanis bellū gerebat. Ex Agamemnone. Sphingis enim pedes Leonini erāt, feriuntq; in modum haſtæ vngues.
d Canib. rapacibus. Hęc alicubi apud Aeſchylū etiam habentur.
e Recline. Timachidas dicit in quibuſdam codicibus hoc non haberi. Apollonius vero tradit ex Threſsis ſumptum.
f Quid phlat. Similitudine ſoni phlei foris in Marathonē, quem idiotæ phlomon vocant, facete ludit Bacchus, qđ vtriuſq; principium iiſdem literis conſtet, vt phleus phlatto.
g Hauſto. Cuiuſmodi verſus veriſimile eſt, eū canere, qui aquam hauriat.
h Ex bono in. Parœmia de iis, qui bonum inſtitutum, bono cōmutant. Sumptum a quodā, qui e bono cytharœdo, factus fuerit poëta Tragicus.
i Pratum. ne eadem cū Phrynicho ſcriberē. Vehementer ſuauis ſcriptor fuit, & ex eius cytharœdicis in tragicum genus tranſtulit, quędā.
l Iſte ab. recriminatur Euripi.
m. Melitus. Tragicus ſcriptor fuit. notatur a Comicis, vt frigidus in ſcribendo, & corruptis moribus.

Item domeſticæ
[a] *Ei ei ei ei ei conuoluitis digitis* [b] *phalanges*
Stamina telarum, ſic &
Cantoris ô curas radij gratiſſimas.
In quibus locis [c] *amator*
Carminum ſoniq; delphin
Proris bona cærulis
Oracla, tum ſtadia
Mouet, & uertit.
Labruſcæ item [d] *uitis uirentem*
Splendorem. agè fili, ulnas, malas
Moleſtias qui comprimat
Tu pampino implica botri.
Vides hunc pedem obſecro? Bac. Video.
Aeſ. Quid hunc uidéſne? Bac. Etiam uideo.
Proinde quando huiuſmodi tu carmina
Facis, mea auſus inſuper es repræhendere,
Ac uituperare, qui per artes [e] *duodecim*
Cyrenæ ineptius factitas poëmata?
Atq; iſta quidem tua carmina ſunt. adhæc libet:
[f] *Monodias obiter tuas percurrere,*
Modumq; earum maximè.
[g] *Noctis ô nigrantis atras*
Nubes ſpiſſa caligo, quod
Somnium infauſtum mihi nam
Obijcis ex occulto? Stygium
Miniſtrum, animam ſine animo, atra, &
Profunda natum nocte
Quod habes, aſpectu horrendum,
Veſtitu amictum atro
Mortis, cruenta, cruenta tuens,
Magnis unguibus informe.
Quin [h] *ô famulæ mihi uos accendite lucentem tædam,*
Et aquam rorantem è fluminibus ferte huc urnis.

n Carica Muſa. de lugubri, aut ruſtica, indocta, aut etiam moleſta cantilena. Quadrat & in poëtam, aut oratorẽ indoctum. Cares in luctu vtebantur tibijs, lugubre quiddam ſonantibus. Eademq; Carica aulemata veteres obliqua dicebãt, vel a tibiarum ſpecie, vel ab obliquo canendi ordines in conuiuijs. Carum barbaries vel ex Homero ſatis nota eſt, a quo βαρβαρόφωνοι dicuntur.

o Teſtu. quidam lyræ inopia teſtulis ſonum edebãt. Repræhẽdit Euripidem, vt malum poẽtam. Didymus tradit, antiquitus conchylijs, & teſtulis, vice lyræ ſaltantibus concinne ſonũ reddere conſueuiſſe.

P. Polluit. ἐλεσβίαζεν. *Leſbiabatur*, Antiqtus Lesbiari dicebãt polluere, & conſpurcare, nam irrumationis, & fellationis turpitudinem aiunt a Lesbijs ortam. Et Lesbijs digna, in ſordidos atq; impuros, aut de irritis. Lesbia regula, de præpoſtere factis, & nõ ad rationem.

q Halcyo. notat Euripidis verſus, vt diſſolutos ac ſine neruis. Porro halcyones cũ in ſumma maris ſuperficie ſedeãt, oua in profundo poſita calefaciant. Quibus porro diebus id faciunt, illi ipſi dies Halcyonitides, ſiue Halcyonij dicũtur. Magna tum tẽporis & tempeſtatis, & fluctuũ eſt tranquillitas, Quidã

Calſacite undamq́;,
Vt diuina hæc[a] *ſomnia perpurgem.*
Eheu maris ô dæmon.
Hoc eſt illud, uos ô ebeu
Qui mecum uitam ducitis omnem,
Monſtra propius ſpectate iſta.
Simul arripias noſtrum gallum
Noſtrum incaſſum[b] *Glyce,*
[c] *Nymphæ montigenæ.*
[d] *Furor apprehende.*
Miſera ego autem attenta operibus meis eram,
Lino fuſum oneratum
Con con con conuoluens manu,
Filum ut faciens matutina
[e] *Inſtrre foro obnixe operam darem.*
Volitauit hic euolitauit in
[f] *Aethera leuibus pennarum remis.*
Mihi relliquit luctum luctum.
Lacrymas lacrymas miſera ex oculis
Fudi fudi.
Quin[g] *ô Cretes Idæ gnati*
Ferte acerbus acceptis mihi opem.
Verſate lacerrtos, cingite limen.
Simul Artemis[h] *Dictynna*
Formoſa filia iam
Paſsim uagetur cum catellis per domos.
Et tu ô Iouis Hecate
Quæ ſuſtines palmis acutis lampadas
Gemino igne pulchrè lucidas,
Iuxtà exhibe in Glyces,
Quo ingreſſa deprehendam.
Bac. Iam carminibus nunc parcite.
Aeſ. Et mihi ſat eſt.
In lancem eum profectò uolo hinc abducere.

ciunt id in ſummo maris, & arena fieri. Ex alijs atq; alijs dramatum locis, diuerſa commota cõflata Euripidis ludit.

a Ei ei ei. mimeſi verbi εἱλίσσετε, uoluitis, hoc dictum eſt.

b Phalang. animalcula araneis non diſsimilia, & digitorum internodia, in qua ſignificatione hic potius vſurpatur. Eſtq; hic ſenſus, quemadmodum textrices ad radios inter texendum cantillant, ſic & vos o araneæ. Sumptum ex Meleagro Euripidis.

c amator car. ex electra Euripidis. Alludit obſcure fortaſsis ad fabulã Arionis & Delphinis.

d Viris. Ex Hypſipyle Euripidis.

e Duodecim artes xij. artium, callidum dicebant, verſutum, verſipellem, & multis inſtructũ dolis. Interpres a ſcorto Cyrene ſumptum putat, cui cognomen fuit, δωδεκαμηχάνου, quod in re Venerea xij artib. vſa fuerit. Imitatus Ariſtoph. ſub perſona Aeſchy. locum Euripidis, qui extat in Hypſipyle Tragœd.

f Monod. monodia lugubre carmen eſt, & defuncti laus. Et in ſcena. quoties vnus cantat ſolus, ac nõ ſimul chorus.

g Noctis o. Omnia hęc ſumpta ſunt ex Euripidis tragœdijs.

h O famulæ. Ex Eumenidibus Euripid.

a Somnia perpur. hoc eſt, abluam, id quod facere conſueuere in ſom

Quicunq;

Quicunq; noſtram auſit poëſin carpere
Vnus,iubeo noſtrûm excutiat is ſedulò
Vel dictionum [a] pondera.
Bac. Vos nunc adeſte iam.quoniam huc ui pertrahor,
Artem ut poëtarum reuendam.,[b] ut caſeum.
Cho. Vt eruditi induſtrij,&
Sunt laborioſi.
At prodigium alterum recens
Abſurditatis id fuit
Plænum,quod quis alius tandem ex-
Cogitaſſet?haud ſanè [c] per,
Ne ego ipſe quidem,ut mihi ſi quiſquam è
[d] Vulgo humili diceret,non
Credidiſſem,ſed putaſſem
Hæc merè profari hunc
Nugas uti uaniſſimas.
Bac. Agite, in bilancem hinc inde iam conſiſtite.
Aeſ. En. Bac. Atq; ſumpto uterq; uerbo dicite.
Neq; uerò prius,uobis quàm ego [e] coccyſſauero,
Deſinite. Aeſ. Tenemus. Bac. Agite dum, nunc dicite ad
Libram,atq; pondus. Eu. Atq; [f] utinam nunquam ratis
Argoa peruolaſſet. Aeſ. Amnis lympide
Sperchie,depaſti bobuſq; uortices.
Bac. Coccy.hem ibi deſinite,multo huius cadit
Lanx in ſolum depreſſius. Eu. Cauſæ quid eſt?
Bac. Quia per dolum,[g] uendentium lanam modo,
Fluuium impoſuit,uerbumq; quaſi lanam,humidum
Fecit.ſed enim tu,uerba ſola uolantia
Contrà impoſuiſti. Eu. Quin aliud iam proferat,
Et quidpiam opponat. Bac. Proin capeſſite
Rurſum. Eu. Vide,en. Bac. Iam dic. Eu. [h] Aliud non eſt ſacrum
Suadæ,niſi ipſa oratio.
Aeſ. [i] Vna è deis Mors nulla captat munera.

Bac.Obe,

nijs, id quod nunc imitatur Aeſchylus, a quo grauiſsima ſomnia reijci ſolebant. Hæc,& omnia ea, quæ ſequuntur, nuſquam inter ſe neq; cohærēt,neq; cōgruūt.

b Glyce.ſomniū, quod viderit,eiuſmodi eſſe videtur, quod muliercula quædam e vicinia Glyce furata gallum fugerit, quare Neptunū inuocat, vt proximum deum marinum.

c Nymphæ. Ex Xantrijs Euripidis.

d Furor. ob abſurdum ſomnium precatur inſania corripi poſſe, ne qd horum ſentiat.

e Inferre. ferens in forum. Recriminatur humilitatem ſermonis in eo,oſten dit eum bis eadem frequenter dicere.

f Acthera. Ex diuerſis hi verſus ſine ſenſu ſunt conflati.

g O Cretes. Haud ſolū Ida in Creta eſt, ſed etiam in Troia. In Cretēſi Ida hæc iſta loqtur.

h Dictynna. Aiūt nympham quandam Bretimartyn, inter venandū in retia quæ Græce, δίκτυα, *dicuntur*, forte incidiſſe,& ab Artemide liberatā, quamobrem Artemidi Dictynnæ fanum conſtituit. Conſtat Dianam, Perſephonen, Artemin & Hecaten vnam eſſe.

a Pondera. Quidam aiūt hucuſq; verba Aeſchyli, reliqua vero eſſe Bacchi.

b Vt caſe.ed librā enim diuendebatur caſeus.

c Per.elliptice, veteribus ita mos erat nō ap-

Bac. Ohe, ſinite, ſinite, huius enim ſtater cadit
Iterum: malorum enim impoſuit Mortem omnium
Grauiſsimum. *Eu.* Ego Suadam uocatam nobilem
Orationem maximè. *Bac.* Suada eſt leue
Quiddam, neq; mentem habens. ſed aliud quærito,
Lances eorum, quod grauius uel deprimat,
Et quod tibi, & magnum, & ualidum quid detrahat.
Eu. Euge. ibi meum quiddam eſſe dicam eiuſmodi?
Vbi dicam? *Bac.* [a] Achilles teſſeras iecit duas,
Vel quattuor. dicere licet, quod relliqua
Sit iſta controuerſia, & contentio
Vobis. *Eu.* [b] Graue quàm ferrum, rapuit is dextera
Lignum. *Aeſ.* [c] Quadriga enim ſuper quadrigam, item
Cadauer & ſuper cadauer. *Bac.* En dedit
Nunc uerba iterum tibi. *Eu.* Mihi? dic quo modo.
Bac. Duo plauſtra, duoq; item impoſuit cadauera,
[d] Quæ ferre nec centum queant Aegyptij.
Aeſ. Sed amplius haud ad uerba mihi agendum hic erit.
Quin ipſe cum uxore, atq; liberis, ſimul
Et ſi placet, cum [e] Cephiſophonte, & cum libris
Lancem occupet, ego uerò proferam duo
Vel tria meorum ſola iuſtius uerba in hanc.
Bac. Viri amici, equidem ipſos, haud ego iudicauero.
Neutri nec ob inimicitiam fuero. etenim
Illum [f] ſapientem iudico, &
Doctum, ſed hoc delector unus maximè.
Plu. Proinde eorum ages nihil, cur huc modo
Deſcenderis. *Bac.* Si iudicium tulero? *Plu.* Tum abi
Sumpto altero, quem iudicaueris quidem,
Veniſſe fruſtra ne uideare. *Bac.* Fauſtus, ac
Fœlix fies. agedum iſta nunc à me accipe.
Huc ad poëtam equidem ego [g] deſcendi, uelut.

ponere, deum, religionis cauſſa. Atq; ita dicit interpres antiquitus iurare conſueuiſſe.

d Vulgo. vel de negotio congredientibus.

e Coccyſ. hoc eſt, galli in modum cantum edidero, κοκκυσας, Gallorum, & cuculorũ propriè eſt.

f Vtinã. Ex Medea, Eu. Amnis. ex Philoctete. Aeſchyli.

g Venden. qui lanã vendunt, ſolent per dolum eam aqua, vt grauior eſſe multo in lance madeſacere.

h Aliud. ex Antigone Euripid.

i Vna e. Ita hunc verſum reddit Eraſ. in prouerbio. Rhadamantheũ iudicium. de incorrupte indicãtibus. E Niobe Aeſchyli.

a Achilles. de eo, q omni in re vinceret, quod is iactus fœlix eſſet. Apparet in fauſtis acclamatiõibus vſum huius prouerbij fuiſſe. Ariſtarchꝰ dicit hũc verſum adeſpotum eſſe.

b Graue. Ex Meleagro Euripid.

c Quadri. Ex Glauco Aeſchyli.

d Quæ ferre. ad hunc modum hos verſus reddidit D. Eraſ. in parœmia. Quos non tollerẽt centum Aegyptij. de moleſtis, & moribus intolerandis, ſeu faſtu pręturgidis. Aegyptij vbiq; vt robuſti baiuli inducũtur.

e Cephiſo. notat Euripidem, quod in dramatis componendis a Cephiſophonte adiutus fuerit, vxoremq; eius habuerit Cephiſophon. Siue quod Cephiſophon cum vxore eius ſtupri conſuetudinem habuerit. f Sapien. Euripidem dicit, & ſe delectari Aeſchylo, vt Ariſtarchus exiſtimat. Alij contra, Euripide eum delectari. g Scopus totius comœdiæ, quamobrem Bacchus deſcendit ad inferos.

Scis gratia qua ut ciuitas ſeruata iam
Deinceps choros celebret acta ſcenicos.
Quare horum uter, quid utile urbi ſiet,
Fauſtum,& bonum futurum adeo me nouerit
Hic præmonere,hunc conſilium eſt abducere hinc.
Primum omnium,quid de Alcibiade uterq; nam
Cenſetis,ipſa enim [a] parit Reſpublica
Laborioſe.Aeſ.Fert de eo aliquam ſententiam.
Bac.Quàm?deſiderat modò,odit eundem iam,expetit
Retinere rurſum.ſed mihi uos dicite
De hac iudicium ueſtrum.Eu.Malè ciuem oderim,
Qui ſegnior eſt in adiuuanda patria,in
Incommodanda ſtrennuus,facilis ſibi,
Et ingenioſus,ciuitati inops,ſine
Conſilio aliquo.Bac.Neptune, pulchrè.tu modo,
Edicito,quid ſentias.
Aeſ.[b] Catulum ne alas leonis in Republica.
Ac maximè ne alas leonem in publica
Re,ſi quis enutritus autem,moribus
Tunc obſequendum eſt ſedulo.
Bac.Næ per Iouem Sotera. difficile eſt mihi
Hoc iudicatu:nam ſapienter dixit hic,
[c] Dilucidè ille,& perſpicuè.quin mihi adhuc
Sententiam unam dicite uterq; uiciſſim,ubi
Reipublicæ poſitam ſalutem creditis.
Eu.Si quis [d] Cleocritum quidem Cineſiæ
Coniunxerit pennis,raperent auræ ſuper
Planum ſolum ambos æquoris per aërem.
Bac.Ipſum fuerit hoc ridiculum,mentemq; habet
Aliquam.Eu.Si uterq; prælio contenderent
Nauali,& aduerſariorum in palpebras
Inſpargerent gnaui ualidè [e] acetaria.
Noui,& uolo dicere equidem.Bac.Dic igitur.
Eu.[f] Cum hæc infida nos præſentia iudicemus,ut

a Parit,hoc eſt,indignatur,& male ſe habet.

b Catulum.Monet præmia non eſſe fouendam potentiam, quæ leges poſſet opprimere, quod ſi forte quiſpiā talis extiterit, nō eſſe e Repub. decertare cum illo, quē neque ſine magno Reipu.malo deuincere.
c Diluc. apud Græcos faceta paranomaſia eſt, in σοφῶς,& σαφῶς id eſt, ſapienter & dilucide.
d Cleocri. fuit hic macilentus, & gracilis Cineſias, tum autē & hoſpes, & aſſentator peſſimus. Cleocritus vero homo flagitioſus,& nequam.
e Acetaria. vt geſtātes acetabula hoſtes aceto aſpargerent.
f Cum hæc.quos nunc habemus contemptui, & hoſtes Reipub. iudicamus,hos in priſtinam dignitatē reſtituamus, fidosq; reputemus. Viciſſim quos fidos arbitremur, eos vt infidos, & euerſores Reipub.habeamus,ac tum demum futurū, vt Reſpub. nullum detrimentum capiat,& conſeruetur.

Fida: ac uiciſsim infida quæ ſint, fida item.
Bac. Qui non idipſum intelligo.
[a] *Indoctius proloquitor, atq; planius.*
Eu. Si ciuibus, queis credimus nunc, nulla ſit
Fides, quibus autem non modò prorſus utimur,
Vtamur iis, poterimus hoc ſeruarier
Forſan modò. ſi enim hic agamus peßimè, &
Agamus infœliciter, contraria
Si factitemus, cur minus ſeruarier
Poterimus? Bac. Euge ô [b] Palamedes, indoles
Planeq; ſapientiſsima. iſthæc tun' precor
Excogitaſti, an optimus Cephiſophon?
Eu. Ego ſolus. acetabula at Cephiſophon.
Bac. Quid dicis autem tu? Aeſ. Omnium primum mihi
Reſpondeas, quibus uiris reſpublica
Tandem utitur præſens, bonisne? Bac. At [c] undènam?
Vt peßimè oderit etiam.
Aeſ. Proin capitúrne eadem malis?
Bac. Non me hercule illa quidem, ſed ad uim abutitur.
Aeſ. Dic qua ratione poßiet Rempublicam
Eiuſmodi ſeruare tandem quiſpiam?
Cui neq; ulla [d] chlæna, neq; ulla [e] ſiſyra
Conducat? Bac. Inueni, obſecro, tu per Iouem,
Si poßiet aliquando rurſum emergere.
Aeſ. Ego dicam [f] ibi, hic autem haud uolo quidquam eloqui.
Bac. [g] Minimè profectò, quin mage hic profer bona.
Aeſ. [h] Terram hoſtium, poſtquã arbitrantur propriam
Eſſe, atq; ſuam ſub hoſtium tranſire ius:
Et tranſitum [i] naues, uiciſsim tranſitum
Perplexitatem maximam, atq; haud tranſitum.
Bac. Pulchrè. interim iudex ea ſolus [i] deuorat.
Plu. Nunc iudicare licet Bac. Penes ipſos hoc erit
Iudicium. ego utrum uolo deligam.

Eu. Deam

a Indo. Ita vertit Eraſ. in parœmia Rudius ac planius.

b Palame. Euripidem Palamedem appellat, quod, quemadmodum is mechanicus fuit, hoc eſt, opifex, & inuentor operum, quæ ingenio fiunt, & manu, ita Euripides ſalutem quandam Reipub. inueniſſe videatur.

c Vnde. vt neget a bonis Rempub. geri.

d Chlæna. penula veſtis craſſa ad pellendum frigus accommodata, quæ pro tempore aſſumitur.

e Siſyra. barbarica veſtis e pellibus caprinis, aſpera, & agreſtis, ſubſtricta & breuis citra humeros, ſimplex. Itaq; hic ſenſus eſt, neq; bonus, neq; malus, neq; flagitioſus reip. conducit. In quibuſdam exemplis pro ſiſyra, ſiſyrna legitur. Cæterum inter Chlænam, & ſiſyram hoc intereſt, quod ſiſyra e pellibus, chlæna ex lana confecta erat.

f Ibi. illic Athenis in vita, vt qui ad ſuperos redire, & reuiuiſcere deſideret.

g Minime. Sic Eraſ. in parœmiis Interpres admonet alluſum eſſe ad prouerbiũ, ἐκεῖ βλέπουσα, δεῦρ᾽ ἀνίει τ᾽ ἀγαθά, id eſt, illuc tuens, at huc remitte commoda.

h Terrã hoſt. Periclis ſententiam reddit, Si At-

Eu. *Deûm memor nunc eſto, quos iurauerîs,*
Me nempe domum ut abduceres. [a] *amiculos*
Nunc elige, ac tene tuos
Bac. At [b] *lingua iurauit. ego deligam Aeſchylum.*
Eu. Heus tu, quid agis hominum impuriſsime?
Bac. Egon? ſuperaſſe iudicaui equidem Aeſchylum.
Qui minus? Aeſ. Opus molitus adhuc fœdiſsimum
Men' obtueris? Bac. [c] *Turpe quidem id, ſiet niſi*
Vel turpe uiſum ſpectatoribus. Eu. Miſer,
Men' mortuum iam negligis? men' deſpicis?
Bac. Quis nouit, utrum [d] *uiuere ſit quidem emori?*
[e] *Spirare num ſit cœnitare, & pellibus*
Suauiter indormire?
Plu. Concedite nunc ſanè intrò Bacche. Bac. Cur quaſi?
Plu. Vt hoſpitio uos excipiam lautiſsimè,
A me priuſquam hinc ambo faceſſatis. Bac. Probè
Hoc prædicas. non triſtor hac re per Iouem.
Cho. Beata res eſt ille uir,
Summa cui prudentia eſt.
Adeſt enim quàm plurimis
Copia diſcendi. qui unus
Sapere hic uiſus eſt bene, hinc is
Rurſus iterum domum faceſsit, quo
Sit ſaluti ciuibus, &
Sit ſaluti ſuis cogna-
Tis, amicisq́;, quod prudens
Et peritus ſiet rerum.
Pulchrum proin non Socratì
Hæc aſsidentem farier,
Artem abijcientem Muſicam,
Et maximas Tragœdicæ
Partes qui omiſerit artis.
Porrò illud in rationibus
Ita ſerijs grauibusq́;

ticam ut hoſtilem ſinant diuidi, aut non diuidāt, & Laconicam circumnauigent.

i Naues. & id quoq; ex ſententia Periclis, qui iuſſerat Athenienſib. ſi Lacedæmonij in Atticā irrumperent, nō exeundum eſſe obuiam, ſed intra muros manēdum eſſe. eosq́; debere per naues inuadere Laconicā.

f Deuorat. per hyponœā, quod multa eſſent, quę in iudicum mercedem inſumerentur.

a Amiculos, hoc eſt, me accipe, relicto Aeſchylo.

b Lingua. alluſum ad id, quod eſt, in Hyppolyto Euripidis. Lingua iuraui, mentem iniuratam habui.

c Turpe qui. alluſum ad id quod eſt, in Aeolo Euripidis.

d Viuere. Ex Hippolyto. Cæterum illud ſpirare num ſit cœnitare, propter Bacchū, dixit. qui nihil prius duxit, q̄ cœnare, & mollibus ſtragulis indormire, cuiuſmodi ex pellibus conficiuntur.

e Spirare. Ex Phryxo Euripidis venuſta apud poëtā paranomaſia eſt, πνεῖν, & δειπνεῖν.

Subtilibusq; nugis,
Ignauius uerſari,
Et diſputare ſegnè,
Parum ſapientis eſt uiri.
Plu. Age nunc lætior Aeſchyle abito,
Seruatoq; urbem conſilijs
Sanis [a] *noſtram, & ſententiolis*
Rectis, fatuos fac inſtituas.
Etenim ſunt multi uehementer.
[b] *Hoc tecum aſporta, &* [c] *Cleophonti*
Tradas, tum collectoribus ipſis
Vectigalibus. & [d] *Myrmeci,*
Et Nicomacho,
Idem & Archenomo.
His edicita, ut ad me huc properent
Conuolitare, nihil cunctentur
Quidquam. & niſi ueloces ueniant,
Per Apollinem, eos malè multatos,
Et conſtrictos pedibus, tum autem
Et Adimantum ipſum [e] *Leucolophi*
Sub terras ablegabo breui.
Aeſ. Faxo præſens iſthæc. at inter in
Tu hanc trade meam ſellam Sophocli
Seruandam, [f] *modo ſi remeem*
Aliquando huc, atq; tuendam.
Etenim in ſtudijs eſſe ſecundum
Facile hunc iudico. fac interea
Etiam atq; etiam ſis memor, ut ne
Homo uanus hic, & mendax,
Ac [g] *bomolochus, nè* [h] *inuitus quidem*
Vnquam ſedem noſtram occupet hanc.
Plu. Ergo accendite uos agite huic
Sacra ſunalia: tum autem & comites
Deducite, cum carminibus

a Noſtram. nam omnes nos dii eam amamus, ob pietatem & religionem.

b Hoc tecum. tradit ei funem ad illos perferendum, quo ſe ſtrangulēt, aut conſimile mortis ſymbolum.

c Cleophon. vt peregrinus, aut ſenex capularis perſtringitur, vt iā iam moriturus, aut certe qui ſtrangulatiōe digna perpetrarit.

d Myr. Hos tres ob flagitia inſectatur, Myrmex tributorum collector erat, Ad hos tradit Aeſchylo laqueos ad ſuſpendium.

e Leuco. Leucolophi mentionem facit Plato in Protagora. Ductabat ea tempeſtate exercitū, præeratq; aliquantę parti naualium copiarum.

f Modo ſi, deſperat ſe rediturum ad inferos.

g Inuitus. vt ſi aliquis eum inuitum in ſedem illā collocare voluerit.

h Bomolochi conuitio prouerbiali dicebantur ſceleſti, & improbi, ducto nomine ab inſidijs, quas ſtruebāt ii, qui circum aras verſabātur. In Nebulis plura de Bomolochis ſunt annotata.

Cantuq; ſuo ipſius celebrantes
Reſonate.
Cho. Numina per terras abeunti magna poëtæ
Ferte uiam primum facilem, curſumq; ſecundum,
Aethereas ſummo properanti ardore ſub auras:
Rectaq; ad inſignem fortunam, & fauſta laborum
Conſilia urbi etiam date, ſic fore credimus olim,
Prorſus ut à magnis requies optata periclis
Bellorumq; minis, & ſæuo in prælia Marte,
Donetur nobis: [b] Cleophon tra bella laceſſat,
Atq; alius qui uult [c] patrijs horum acer in aruis.

Precatur iſta, ad ea, quæ extant in Glauco Aeſchyli.

b Cleophon. poſt pugnam naualẽ ad Arginuſas, Lacedæmonijs volentibus e Decelia decedere, principe Callia, & pacem habere, Cleophõ in concionem proceſsit potus, & armatus populo perſuaſit diuerſum.

c Patrijs. notat eos vt peregrinos, qui in ſuis agris belligerarentur.

FINIS RANARVM.

¶ Permiſſum atq; conceſſum eſt Hermanno Borculoo Typographo Regiæ Maieſtatis priuilegio, Comœdiam hanc Ariſtophanis Ranas ſuis typis excudere, atq; nemo auſit aut curet eaſdem alibi excudere, aut excuſas diſtrahere ad certos annos: uti patebit in literis ſibi conceſsis, &c.

Datum Bruxellæ.

Subſig. Phil. de Lens.

Errata hunc in modum corriges.

B 2. lege verum viri pro verumairi. B 3. cantus pro cautus. B 4. ferre pro ſerre. B 4. pag 2 ſonoram pro ſonorem. C 2. præcidito nunc ergo pro præcidito nunc ego. Ibidẽ in marg. mutabilior pro imitabilior. C 4. lege ſalta pro ſalta. D 4. lege huc pro hunc. F 2. pag. 2. Arguſis pro Argunis. G 4. pag. 2. lege Tabo ac ſanie pro ſane. H 2. floris pro foris in marg. H 3. pag. 2. lege acubus pro accbus. &c.